龜井文庫

LAPIDES CAPITOLINI

SIVE

FASTI CONSULARES TRIUMPHALESQUE

ROMANORUM.



PRAEFATIO.

MARMOREA Magistratuum, Triumphorumque Romanorum monumenta, quæ Verrius Flaccus ab U. C. ad Divi Augusti tempora digesserat, et in inferiore Fori parte conlocaverat, cum plurimorum sæculorum spatio ruinis obruta delituissent, iterum prodierunt in lucem, Paulo III Pontifice, anno Christi MDXLVII. Cum enim ante ædem Antonini et Faustinæ, nunc L. Laurentii, refoderentur rudera nescio quæ inter Forum et Viam Sacram, inventa sunt in hypogeo fornaci calcariæ contiguo, manca tamen et misere lacera, utpote quæ partim excocta igni essent, partim distracta, aut in tenues tabulas dissecta, in quibus inepta quædam avium, florum, pentagonorum, et alia id genus ornamenta temere fuerant insculpta; ne in obliterandis hujusmodi monumentis plus temporum injuria, quam hominum vis et contemptus valuisse videretur. Verum quæcumque tandem ea essent, quæ misero huic fato supererant, erui sua pecunia inde jussit, totaque ea vicinia diligenter conquiri, Alexander Cardinalis Farnesius, bonarum artium cultor eximius, a Thoma Cavalerio, ornamentorum Urbis per ea tempora curatore, qui præter operam in iisdem conligendis præclare positam, ex eorum numero, quæ e veteri sede dimota non fuerant, reliquorum etiam ordinem assequi conjectura studuit, eumque ita disponere, ut patet ex subjecta tabella, quam Panvinius illustrare contendit his verbis : « In loco *A* Regum, Consulum, Decemvirorum, Tribunorum militum Consulari Potestate, Dictatorum, Magistrorum equitum, et Censorum nomina incisa fuerant. Loca vero *B*, quæ parastatæ appellantur, triumphos, et alia quædam continebant. In locis vero *C*, quæ pro majori parte vacua erant, Ludi tantum Sæculares adnotati erant e regione Consulum ipsorum, sub quorum magistratibus facti fuerant. Prima autem tabula, quantum ex earum tabularum partibus extremis quæ supererant, conjici licuit, Reges, Consules, Dictatores, Magistros equitum, Decemviros continebat ab Urbe condita ad annum Urbis CCCLX, loco *A*. Quid autem in ejus duabus parastatis, loco *B*, fuerit adhuc incertum est; neque enim unquam aliquod inveniri potuit fragmentum, unde certe elici posset, quid in his exaratum fuerit : loco vero *C*, exadverso anni Urbis conditæ CCXCVII, primi Ludi Sæculares incisi erant, ut suo loco demonstrabo. Secunda vero tabula, loco *A*, Tribunos Militares Consulari Potestate, Consules, Censores, Dictatores, et Magistros Equitum, ut ex fragmentorum extremis partibus, quæ supererant, collegimus, continebat ab anno Urbis CCCLX usque ad annum CDLX. Porro autem quid in duabus quoque ejus parastatis loco *B* fuerit, adhuc, ut de duabus primis, incertum est. Ego vero, quantum conjectura consequi potui, semper existimavi in his quatuor priorum duarum tabularum parastatis, Pontificum Maximorum, Flaminum, Minorum Pontificum, Augurum, Regum Sacrorum, et aliorum ejusmodi Sacerdotum nomina, et forte Principum Senatus, exarata fuisse. Ceterum quæ Consularium Fastorum fragmenta ex his duabus tabulis supersint, satis manifestum est : Ludi autem Sæculares secundo, loco *C*, exadverso anni Urbis CDVII, digesti erant, in quo facti fuerunt. Porro in tertia tabula, cujus duæ partes supererant, tertia amissa, exarati erant Consules, Censores, Dictatores, et Magistri equitum, qui fuerunt ab anno Urbis CDLXI ad annum DC, in cujus duabus parastatis Triumphi et Ovationes incisi fuerant. In quarum altera, quantum ex extremis fragmentorum partibus cognovimus, a Romuli triumpho ad triumphum C. Junii Bruti Bubulci, qui actus fuit anno CDLI; in altera vero, a triumpho M. Valerii Corvi, anno Urbis CDLII, usque ad triumphum et spolia opima M. Claudii Marcelli, annumque Urbis DXXXI. Ludi vero Sæculares tertii, qui adhuc cum Magistris XV Virorum supersunt, incisi sunt loco *C*, e regione anni Urbis DXVII, in quo eos celebratos fuisse XV Virorum commentarii prodidere. Quarta autem tabula, cujus magna pars male a tempore accepta et in plura frusta discissa superest, loco *A*, Consules et Censores comprehendebat ab anno DC usque ad annum DCCXXXVII, in cujus priore parastata, loco *B*, scalpti erant triumphi ab anno Urbis DXXXII ad annum DCXXIV et triumphum C. Sempronii Tuditani. In altera vero quæ octava et novissima erat, reliqui triumphi adnotati erant a triumpho Manii Aquillii ex Asia ad P. Cornelii Balbi ex Africa, et annum Urbis DCCXXXIV. Loco vero *C* nihil, ut in superioribus tabulis, incisum erat, præter Ludos Sæculares quartos quidem exadverso Consulum anni Urbis DCXXVII et quintos, qui adhuc supersunt, anni DCCXXXVI, in quibus eos celebratos fuisse, satis constat. Porro cum in quarta hac ipsa tabula locus *A*, in quo Consules et alii magistratus exarabantur, expletus esset, superessentque adhuc ante Augusti obitum, ad quem usque tabulæ illæ pertinent, multa Consulum conlegia, ea a Consulatu M. Drusi Libonis, et L. Calpurnii Pisonis, et anno Urbis DCCXXXVIII, loco illo *C*, parte læva, incisa fuerunt : idque, ob spatii defectum, præter tabularum institutum factum fuit. Hincque factum est, quum in eo spatio continuata fuerint Consulum conlegia cum Tribunicia Potestate Augusti, et Ti. Cæsaris, ut Consules C. Silius, et L. Munatius Plancus super Ludos Sæculares quintos inciderint, qui loco illo, exadverso Consulatus C. Furnii, et C. Junii Silani, scalpti fuerant; quo anno eos celebratos fuisse, omnes auctores produnt. Anno autem sequenti, in quo Augustus obiit, eorum magistratuum descriptio finita est; in qua reliqui triumphi qui desunt post L. Balbi triumphum, ideo descripti non sunt, quod omnes ipsæ octo parastatæ quatuor earumdem tabularum jam expletæ essent, locusque præterea aliquis, quo inciderentur, non supererat. » Hæc quidem Panvinius : at vereor, ut probari satis possit quatuor earum tabularum ordo, in quibus magistratus ab Urbe condita ad annum usque DCCXXXVII descripti fuerant; nam, præterquam quod exclusæ sunt ab hujusmodi descriptione minores parastatæ, quarum duæ stylobatis impositæ, uno perpetuoque marmore cum

inscriptis Fastorum lapidibus continentur, prout videre est ex subjecta Tabella num. 2, impares hæ longe fuissent iisdem quatuor tabulis includendis, quarum uniuscujusque modum Panvinius plusquam centenis magistratibus auget.

Jam vero hujusmodi lapides diligentissime conquisitos idem Cardinalis populo Romano donavit, ut recte atque ordine dispositi prostarent in Capitolio ad publicam studiosorum utilitatem; additis præterea aliis eorumdem fragmentis, quæ aut alibi reperta jam fuerant, aut in privatis ædibus servabantur, aut in alios usus fuerant conversa. « Saxum enim illud (ait Panvinius) in quo Tribuni Militares Consulari Potestate incisi erant ab anno Urbis CCCXXXI usque ad annum CCCXL (*quod tertium est in nostro schemate*), fixum erat in gradibus aræ maximæ, sive tribunæ Basilicæ Sancti Apostoli Pauli extra Urbis muros, via Ostiensi. Fragmentum vero illud (*nempe V ejusdem schematis*), in quo Consules continentur ab anno Urbis CCCXCII usque ad annum CCCXCV, itemque ab anno CDXXXIII usque ad annum CDXLVI (*quod est VI*) aliquando pro limine ostii ædis Sanctæ Mariæ de Publicolis inservivit, donec ab Æditimo forte antiquitatis studioso, eo loco tanquam indigno motum, fani muro adfixum fuit. Lapis autem ille (*hoc est XXXI*), in quo Ludi Sæculares quinti exarati sunt, muro domus Antonii Rustici civis Romani diu adfixus fuit ».

Hi omnes ex S. C. singulari vero labore et studio Gentilis Delphini civis Romani, adfixi muro ædium Capitolinarum fuerunt eo prorsus modo, quo a nobis in subjecta Tabula num. 2 descripti sunt, adjecto lapide, in quo breviarium historiæ hactenus expositæ his versibus comprehenditur.

MARMORA . PRÆCLAROS . TESTANTIA . FRONTE . TRIVMPHOS
ATQVE . MAGISTRATVS . INCLYTA . ROMA . TVOS
IN . MEDIO . MANSERE . FORO . DVM . ROMA . MANEBAS
POSTQVE . DEOS . ORBI . IVRA . SECVNDA . DABAS
AST . VBI . TE . INDIGNIS . FREGIT . FORTVNA . RVINIS
OBRVERAT . TITVLOS . ALTA . RVINA . TVOS
TAMQVE . DIV . IN . TENEBRIS . TANTIS . IACVISSE . VIDENTVR
HIS . VELVTI . FATO . DEBITA . TEMPORIBVS.
QVÆ . MODO . ALEXANDER . PATRIA . TE . DIGNVS . AVOQVE
PAVLO . INVENTA . TIBI . MARMORA . RESTITVIT
TV . CAPITOLINA . MELIORE . IN . SEDE . REPONIS
ET . LEGERIS . MAGNI . MVNERE . FARNESII

Verum ut ex tam præclaris monumentis in exteros quoque utilitas redundaret, qui loco disclusi, lapides intueri non possent, eos, quo propositi ordine fuerunt in Capitolio, vulgandos curavit eruditissimus Marlianus civis Mediolanensis, iisque ita editis usi sunt paullo post Sigonius et Panvinius, clarissima illius ætatis lumina, in Romanorum Fastis, qui jam prodierant, expurgandis exornandisque; nec defuerunt qui idem præstarent subsequutis temporibus, Pighius, Petavius, Goltzius, Almelovenius, aliique, quos refert Stampa ad Fastos Sigonii, et Muratorius in suo novo veterum inscriptionum Thesauro.

Magna quidem his omnibus tribuenda laus est, quod hanc antiquitatis partem, ex qua tota fere pendet temporum ratio, excolendam susceperunt : verum etsi nec labori pepercerint, nec industriæ, ut Fastos, quos adornabant, quamemendatissimos haberemus, factum tamen est, præsertim ex minus accurata lapidum descriptione, quam Marlianus ediderat, ipsi vero sequuti sunt, ut mendæ multis locis non paucæ in eorum scriptos libros irrepserint; quod cuivis patebit, modo quæ illi scripserunt, cum Capitolinis lapidibus conferat. Sed quoniam nec adire in Capitolium facile omnibus est, nec eorum hominum libros habere præ manibus, quos superius recensui, facturum me putavi quod ad has maculas eluendas non inutile videretur, si novam Fastorum descriptionem aggrederer : quam ut ad Capitolinorum lapidum fidem exigerem, stataria eos opera pluries inspexi, et usque ad fastidium; quæ vero inde exscripseram, sæpius cum iisdem diligentissime contuli; characterum formam et ordinem, aut si quid abrasum in iis esset, et a recto ductu deflectens, lineari pictura ad unguem expressi : solam dumtaxat lapidum magnitudinem, ne paginæ modum excederet, contrahendam putavi, adjecta nihilominus palmorum mensura, ex qua deprehendi ea posset. Æqui bonique præterea consulet Lector, si quædam adjuncta viderit huic *schemati* veterum sigilla et anaglypha sane non inelegantia; dandum enim id ornatui censuimus, quod e summa re et veritate nihil detraheret.

Sed quoniam integram Consulum seriem in Capitolinis marmoribus nobis temporum invidit injuria, quod distracta alicubi sint, ut superius innuimus, aut etiam omissa; noster vero labor parum publicæ utilitati prospiceret, si ea dumtaxat, quæ in iis legimus, descripta traderemus; in hoc etiam elaborandum nobis esse duximus, ut quæ Capitolinis his tabulis desunt, ea ex probatis auctoribus et monumentis supplere conaremur : quo vero utrumque internosci facilius possit, ita novam hanc Fastorum recensionem instituimus, ut quæ in memoratis marmoribus habentur, grandioribus literis; quæ vero suppleta essent, minoribus describeremus. Scio non paucos fuisse clarissimos viros, qui id ipsum jampridem præstiterunt; quo magis vereor, ne aut in alienam messem videar falcem immittere, aut temeritatis coarguar, qui in hujusmodi hominum numerum tam confidenter me aggregem. At cum Sigonius, cujus tanta auctoritas est inter Fastorum restitutores, sæpe a cl. Stampa reprehendatur, quod in Capitolinis supplendis lapidibus pluries peccaverit, eodemque ferme nomine notetur ab aliis Panvinius, Goltzius, et Pighius; neminem mihi vitio daturum arbitror, quasi actum, ut aiunt, agerem, aut me superbius efferrem, si quæ in aliis hac in re minus probantur, uno veluti intuitu conspicienda proposuero; quid vero opis afferri huic malo possit, ex idoneis scriptoribus et monumentis ostendero. Id quidem eo libentius facio, nec, ut arbitror, sine eorum compendio, quibus tot voluminum copia non est; quod præsto mihi fuit e Museo Kircheriano fragmentum post Capitolinos lapides erutum, et in *schemate hoc nostro* asterisco notatum, ex quo corrigi etiam possint non pauca quæ pertinent ad magistratus, eorumque nomina, in quibus tam sæpe titubatum esse video, aut etiam peccatum. Sed hæc in eas notas contulimus, quas ad singulos fere Urbis annos adjecimus.

IMPRIMATUR.

Si videbitur Reverendissimo Patri Sacri Palatii Apostolici Magistro.

Dominicus Jordani Archiepiscopus Nicomediensis Vicesgerens.

APPROBATIO.

Jussu Reverendissimi Patris Sacri Palatii Apostolici Magistri legi Librum, cui titulus : *Fasti Consulares Triumphalesque Romanorum*, in quo cum nihil deprehenderim Orthodoxæ Fidei, aut bonis moribus contrarium, prodesse vero eum posse arbitrer Antiquitatis amatoribus; censeo edi posse.

Romæ ex Collegio Romano, 16 Junii 1761.

Contuccius Contucci Soc. Jesu.

IMPRIMATUR.

Fr. Thomas Augustinus Ricchinius Ordinis Prædicatorum, Sacri Palatii Apostolici Magister.

文庫

FASTI CONSULARES ROMANORUM

A ROMULO REGE USQUE AD TIBERIUM CÆSAREM.

An. Urb.

REGES.

1 *Romulus . Silvius . Rex . Romam . condidit . anno .* I. *Olympiadis* VII. *ex . a . d.* XI. *Kal. MaI. isque . dies . natalis . Urbis . Parilia . appellatus . est*

4 Bellum . prImum . SabInum

8 *Titus . Tatius . SabInus . a . Romulo . Silvio . Rege . in . RegnI . consortium . adscItus . isque . postea . quam . cum . Romulo . regnasset . annos .* V. *occIsus . est*

16 Bellum . CamerInum

21 Bellum . Vejens . et . FIdenas

37 *Romulus . Silvius . Rex . e . medio . sublatus . DIvorum . numero . adscriptus . et . QuirInus . appellatus . est*

Interregnum

39 *Numa . Pompilius . Pomponis . F. SabInus . Rex . Secundus . populI . jussu . et . patrum . auctoritate . creatus . est*

81 *Numa . Pompilius . Pomponis . F. SabInus . Rex . mortuus est*

82 *Tullus . Hostilius . HostI . F. HostI . N. Rex . Tertius . populI . jussu . et . patrum . auctoritate . creatus . est*

85 Bellum . Albanum

93 *Tullus . Hostilius . HostI . F. HostI . N. Rex . fulmine . ictus . incendio . absumptus . est*

94 *Ancus . Marcius . Numae . F. Numae . N. Rex . Quartus . populI . jussu . et . patrum . auctoritate . creatus . est*

97 Bellum . LatInum

137 *Ancus . Marcius . Numae . F. Numae . N. Rex . mortuus . est*

138 *L. TarquInius . DamaratI . F. PrIscus . Rex . Quinctus . PopulI . jussu . et . patrum . auctoritate . creatus . est*

157 Bellum . Etruscum . prImum

174 *L. TarquInius . DamaratI . F. PrIscus . Rex . occIsus . est*

175 *Ser. Tullius . Rex . Sextus . prImus . injussu . populI . et . patrum . auctoritate . regnum . iniit*

179 Bellum . Etruscum . secundum

Ser. Tullius . Rex . Lustrum . fecit . I

192 *Ser. Tullius . Rex . Lustrum . fecit . II*

197 *Ser. Tullius . Rex . Lustrum . fecit . III*

202 *Ser. Tullius . Rex . Lustrum . fecit . IIII*

218 *Ser. Tullius . Rex . occIsus est*

219 *L. TarquInius . L. F. Damar. N. Rex . Septimus . injussu . populI . et . sine . patrum . auctoritate . regnum . iniit . quI . postea . Superbus . appellatus . est*

224 Bellum . Volscum

244 *L. TarquInius . L. F. Damar. N. Superbus . Rex . Urbe . et . Regno . exactus . est . Kal. Mart. quI . dies . Regifugium . appellatus . est*

Eodem . anno

Consules . prImum . crearI . coeptI

L. Junius . M. F. Brutus . postea . quam . sibi . conl. subrog. in proel. occIs. e. in . e. l. f. e

L. TarquInius . EgerI . F. Aruntis . N. CollatInus coact. a . conl. abdic. in . e. l. f. e

---

A. U. I. De die natali Urbis triplex est antiquorum sententia. Eum L. Tarruntius, insignis mathematicus, Ciceroni et Varroni familiaris, opinatus est incidisse in annum III Olympiadis VI; M. Varro in annum IV Olympiadis VI; Dionysius Halicarnasseus, et Verrius Flaccus in annum I Olympiadis VII. Tarruntium sequitur Panvinius; Varronem Bucherius, Husserius, Norisius et Pagius; Dionysium et Flaccum Sigonius, Cuspinianus, Goltzius, Pighius, Stampa et Muratorius. Quare et nobis, in re incerta, Verrio Flacco hærere liceat, cujus Fastorum fragmenta supplere nitimur.

A. CXXXVIII. De nominibus hujus Regis sic habetur in Tabulis Capitolinis Triumphorum, fragment. XXXII, nimirum : L. TARQVINIVS. DAMARATI. F. PRISCVS. REX.

A. CLXXV. Panvinius et Goltzius habent : *Ser. Tullius. Ser. F.* Nos autem obscurissimam Regis hujus originem, tanquam exploratam habere nolumus, a Claudio Augusto moniti, cujus verba ex Tabula ærea hæc sunt apud Gruter., pag. DII : HVIC. QVOQVE. (id est Tarquinio Prisco) ET. FILIO. NEPOTIVE. EIVS. NAM. ET. HOC. INTER. AVCTORES. DISCREPAT. INSERTVS. SERVIVS. TVLLIVS. SI. NOSTROS. SEQVIMVR. CAPTIVA. NATVS. OCRESIA. SI. TVSCOS. CAELI. QVONDAM. VIVENNAE. SODALIS. FIDELISSIMVS. OMNISQVE. EIVS. CASVS. COMES. POSTQVAM. VARIA. FORTVNA. EXACTVS. CVM. OMNIBVS. RELIQVIS. CAELIANI. EXERCITVS. ETRVRIA. EXCESSIT. MONTEM. CAELIVM. OCCVPAVIT. ET. A. DVCE. SVO. CAELIO. ITA. APPELLATVS. MVTATOQVE. NOMINE. NAM. TVSCE. MASTARNA. EI. NOMEN. ERAT. Hinc Verrius, in Triumphis (fragm. XXXII), patre ejus et avo prætermissis, inscripsit : SERVIVS. TVLLIVS. REX. DE. ETRVSCEIS. etc. De quatuor Lustris ab hoc rege factis frequens apud Scriptores cum veteres tum recentes sermo est.

A. CCXIX. L. TARQ.... DAMA..... SVPER..... habent Tabulæ Capitolinæ Triumphorum, fragm. XXXIII, nimirum : *L. Tarquinius . L. F. Damarati . N. Rex . Superbus.*

A. CCXLIV. Tempus quo Tarquinius Superbus Roma exactus est, et primus Consulatus a Duumviris initus, recte statuere videtur Stampa in notis ad Comment. Sigonii in Fastos, adnot. 36. Patrem Bruti, primi Romanorum Consulis, *M. Junium* vocat Dionysius; L. Tarquinium, Bruti Collegam, *Aruntis nepotem* dicit Dionysius; *Egerii filium*, *Aruntis nepotem*, Livius : contra *Lucii filius*, *Egerii nepos* vocatur a Goltzio; quo tamen auctore, nescio. De abdicatione L. Tarquinii, Junii Bruti nece, et utrique in magistratu suffectis Sp. Lucretio, M. Horatio, et P. Valerio, late disserunt ex Livio, Dionysio aliisque antiquis Scriptoribus, Sigonius et Stampa. P. Valerium *Volusii filium* diximus ex Dionysio ad ann. Urb. CCLXXVIII, ubi ait illum fuisse patrem P. Valerii, Consulis anno CCLXXVIII et CCXCIII, qui in Tabulis Capitolinis, fragm. II, dicitur P. F. VOLVSI. N.

An. Urb.				
	Sp. Lucretius... F...	*TricipitInus*	*P. Valerius. VolusI F. quI. in. hoc. honore. Poplicola. app. e*	
	in. m. m. e. in. e. l. f. e			
	M. Horatius... F... N	*Pulvillus*		
245	*P. Valerius. VolusI. F. Poplicola*	*II*	*T. Lucretius. T. F... N. TricipitInus. Lustr. fecerunt. V*	

Bellum. Etruscum. tertium

An. Urb.				
246	*P. Valerius. VolusI. F. Poplicola*	*III*	*M. Horatius... F... N. Pulvillus*	*II*
247	*Sp. Lartius... F... N*	*Flavus*	*T. Herminius... F... N*	*AquilInus*
248	*M. Valerius. VolusI. F... N*		*P. Postumius. Q. F... N*	*Tubertus*
249	*P. Valerius. VolusI. F. Poplicola*	*IIII*	*T. Lucretius. T. F... N*	*TricipitInus. II*
250	*P. Postumius. Q. F. Tubertus*	*II*	*Agrippa. Menenius. C. F... N*	*Lanatus*
251	*Opiter. Verginius... F... N*	*Tricostus*	*Sp. Cassius... F... N*	*ViscellInus*
252	*Postumus. Cominius. F... N*	*Aruncus*	*T. Lartius... F... N*	*Flavus*
253	*Ser. Sulpicius. P. F... N*	*CamerInus*	*M'. Tullius... F. N. Longus*	*in. m. m. e*
254	*P. Veturius... F... N*	*Geminus*	*T. Aebutius. T. F... N*	*Elva*
255	*T. Lartius... F... N. Flavus*	*II*	*Q. Cloelius... F... N*	*Siculus*
	T. Lartius... F... N. Flavus. PrImus		*Dict* — *Sed. Sedandæ. et. ReI. Gerund. c. L. F. VI*	
	Sp. Cassius... F... N. ViscellInus. PrImus		*Mag. Eq*	
256	*A. Sempronius... F... N*	*AratInus*	*M. Minucius... F... N*	*AugurInus*
257	*A. Postumius. P. F... N. Albus. Regillensis*		*T. Verginius... F... N. Tricostus. Caelimontanus*	
	A. Postumius. P. F... N. Albus. Regillensis		*Dict*	
	QuI. in. hoc. honore. Regillensis. appellatus. est		*Rei. Gerundae. caussa*	
	T. Aebutius. T. F... N. Elva		*Mag. Eq.*	
258	*M. Claudius... N. SabInus. Inregillensis*		*P. ServIlius. P. F... N*	*PrIscus*
259	*A. Verginius. A. F... N. Tricostus. Caelimontanus*		*T. Veturius... F... N. Geminus*	*CicurInus*
	M'. Valerius. VolusI. F... quI in. h. h. Maxim. app. e		*Dict* — *Sed. Sedandæ. et. ReI. Gerundæ. caussa*	
	Q. ServIlius. P. F... N. PrIscus		*Mag. Eq*	
260	*Sp. Cassius... F... N. ViscellInus*	*II*	*Postumus. Cominius... F. N. Auruncus. II. L. F*	*VII*

TribunI. plebis. prImum. crearI. cœptI

An. Urb.				
261	*T. Geganius... F... N*	*MacerInus*	*P. Minucius... F... N*	*AugurInus*
262	*A. Sempronius... F... N. AtratInus*	*II*	*M. Minucius... F... .N AugurInus*	*II*

A. ccxlv. P. Valerium II et T. Lucretium produnt hoc anno Consules Livius et Dionysius. T. Lucretium *Titi filium* diximus ex Sigonio. Cum enim eum putet fuisse patrem L. Lucretii, Consulis anno ccxci, hic in fragm. ii Capitolino vocatur T. F. T. N. TRICIPITINVS. Lustrum hoc anno a Consulibus factum narrat Dionysius, eoque millia cxxx civium censa.

A. ccxlvi. Hujus anni Consules alii sunt apud Livium, alii apud Dionysium. *P. Lucretium* et *P. Valerium Poplicolam* prodit Livius; Dionysius vero *P. Valerium Poplicolam* III, *M. Horatium* II. Nos cum Sigonio Dionysium sequimur, et Fastos Siculos; in quibus legitur Ποδλικόλα (pro Ποδλικόλου), καὶ Πουλουίλλου; est enim Pulvillus M. Horatii cognomen: quem Consulem hoc anno ædem in Capitolio Jovis dedicasse auctor est idem Dionysius. Hunc eumdem Consulem significare videtur Anonymus Norisianus in suis Fastis, quos prosequitur usque ad annum Urbis mcvi, sive usque ad Consules Constantium Aug. VII et Constantium Cæs. II, cum hoc anno *Publicolam* III et *Publilium* prodat pro *Pulvillo*: *Pulvillum* restituit Cuspinianus in sua eorumdem Fastorum correctione.

A. ccxlvii. Hujus anni Consules sic produntur a Livio et Dionysio. Excipe *Aquilini* cognomen T. Herminio a nobis additum ex Anonymo Norisiano; quem etiam sequuntur Sigonius, Stampa et Muratorius. Contra Panvinius inscripsit, *Esquilinus*; quod quidem Corneliæ familiæ potius fuit, ut infra videbimus ad annum cclxxv.

A. ccxlviii. M. Valerius hoc anno Consul legitur in Tabulis Capitolinis Triumphorum, fragm. xxxiii; Collega P. Postumius *Quincti filius* vocatur a Dionysio.

A. ccxlix. P. Valerium Poplicolam hoc anno Consulem arguunt eædem Tabulæ, fragm. xxxiii. Hunc autem nunc IIII processisse ex tribus ab eo antea gestis Consulatibus satis constat. Eidem collegam T. Lucretium Tricipitinum, qui Consul fuerat anno ccxlv, tribuunt omnes Scriptores cum veteres tum recentes.

A. ccl. P. POSTVMI....VS (id est *P. Postumius, Q. F. Tubertus*) COS. ANN. CCL. AGRIPPA. M....ATVS (hoc est *Menenius Lanatus*) COS. ANN. CCL. habentur in iisdem Triumphis, fragm. xxxiiii et xxxv. Menenium vero *Caji filium* legimus apud Dionysium, ubi de Legatis Consularibus agit ad plebem missis anno cclx.

A. ccli. De hujus anni Consulibus ita ex unanimi Auctorum veterum testimonio. SP. CASSIV.... COS. ANN. CCLI. legitur in Tabulis Capitolinis Triumphorum, fragm. xxxiiii et xxxv.

A. cclii. Consules, quos hoc anno retulimus, habentur in hac epigraphe apud Gruter., pag. mxxxii, 5.

DIS. M. S
CN. VAESVLENO. CN. F. LATINO
EQ. QVIR. VIXIT. ANN. LVIII
CN. VAESVLENVS. CN. F. QVIR
POTITVS. ARAM. D. D
IDIB. DECEMB
C. POSTVMIO. COMINIO
ARVINO. AVRVNCO. ET. T. LARTIO. FLAVO

Sed, si Cl. Muratorius spuriam putavit inscriptionem quamdam Asculo sibi missam, quod ejus stylum putet elegantiorem quam ut cadere possit in annum cdxlix, cujus Consules præfert, et quod nulla alia ut ait, tam remotæ antiquitatis habeatur inscriptio, potiori jure falsitatis arguetur hæc Gruteriana tum his de caussis, tum quod mentionem facit Tribus Quirinæ, quæ nulla tunc erat; adjecta enim a Censoribus hæc est, ut scribit Sigonius, anno Urbis dxii. Hoc igitur monumento non utimur, cum satis constet de hujus anni Consulibus ex Livio, Dionysio, Valerio, Zonara, Cassiodoro, Fastis Siculis, et Anonymi Norisiani. Quamquam fallitur Muratorius, ubi ait, nullam haberi tam remotæ antiquitatis epigraphen, nempe anni cdxlix: nonnullas enim afferimus antiquiores, et fidei non dubiæ, ut inferius patebit.

A. ccliii. Ita ex Livio, Dionysio, Cicerone in Bruto, Zonara, Fastis Siculis, et Anonymi Norisiani. Ser. Sulpicium *Publii filium Camerinum* diximus ex Dionysio.

A. ccliv. Ita ex iisdem, et Cassiodoro. T. Æbutium *Titi filium* vocat Dionysius.

A. cclv. Hanc etiam tanquam spuriam rejicimus, propter allatas superius caussas, epigraphen ex Gruter., pag. mxxxi, 7.

DIS. MANIBVS
T. PAETIDIO. T. F. QVIR. PACATO
VETERANO
T. PAETIDIVS. T. F. QVIR. CERCVS
PATRI. PIISSIMO. ARAM
D. D. KAL. IAN. Q. CLOELIO. SICVLO. ET
T. LARTIO. FLAVO. COS

Qui fuerint hoc anno Consules, habemus ex iisdem Auctoribus paullo superius relatis; quamvis discrepet inter eos de Dictatura. Hanc Livius, Eusebius, Eutropius, etsi nihil, ut inquiunt, certi habeant quod sequantur, retrahunt tamen in annum cclii, eumdemque Dictatorem creatum narrant, quem nos in hunc annum referimus. Livius et Festus *M. Valerium Marci filium*, *Volusii nepotem*, qui nondum Consul fuerat, Dictatorem primum creatum putant. Nos vero cum Sigonio, Stampa, et Muratorio, Dionysium sequimur; siquidem luculentiora sunt quæ ab ipso traduntur ad hunc annum de hujusmodi Dictatura; affirmatius enim narrat Lartium et Cloelium hoc anno Coss. Senatus consulto coactos abdicasse, edictumque fuisse, ut populus uni pareret, quem Senatus Dictatorem elegisset, seditionis sedandæ caussa, ortæ inter patricios et plebem, quæ, ære alieno gravata, ad bellum Latinum dare nomina detrectabat; quare creatum T. Lartium, qui populum censuit, eoque lustro censa sunt civium millia centum quinquaginta et septingenti.

A. cclvi. In hujus anni Consules consentiunt omnes Scriptores tum veteres tum recentes.

A. cclvii. Ex Livio, Diodoro, Fastis Siculis, et Anonymi Norisiani. Corrigendi sunt Stampa et Muratorius, ubi Verginio, *Titi* loco, *Auli* prænomen addunt. Idem faciunt Goltzius et Pighius, qui præterea eumdem *Titi filium* vocant; unde tamen id eruerint, minime dicunt. Postumii vero alterius Consulis patrem habemus ex Dionysio, ubi de Legatis agit anno Urbis cclx ad plebem missis. A. POSTV...... REGI...... legitur in Triumphis Capitolinis, fragm. xxxiiii, qui hoc anno prius Consul fuit, deinde Dictator creatus cum *T. Æbutio T. F. Elva Magistro Equitum*.

A. cclviii. Ita ex Livio, Dionysio, Plinio lib. 35, c. 31, Cassiodoro, et Fastis Siculis. Claudius tamen, quem nos *Marcum* vocamus, Appius dicitur a Livio, Dionysio, et Suetonio in Claudio; fuit enim, ut inquiunt, princeps gentis Claudiæ, primum *Actius Clausus*, postea *Appius Claudius* appellatus. Nos autem vel inviti *Marcum* eum dicere cogimur a Verrio, cujus Fastos nitimur restituere; cum enim Claudius, hoc anno Consul, fuerit avus Ap. Claudii Decemviri Consularis, iste in Tabulis Capitolinis, fragm. ii, scribitur AP. F. M., hoc est *Appii filius*, *Marci nepos*. Perperam vero a recentioribus Fastorum concinnatoribus cognomen *Regillensium* pro *Inregillensium* Claudiis esse inditum, ex iis patebit, quæ adnotabimus ad annum cccxci.

A. cclix. Ex Livio, Dionysio, Pædiano in Cornelianam, Fastis Siculis, et Anonymi Norisiani. A. Verginium *Auli filium* dicit Dionysius, ubi de Legatis Consularibus agit ad plebem missis. Stampa et Muratorius eumdem hoc anno iterum Consulem processisse Verginium putant, cui, anno cclvii, mendose *Auli*, pro *Titi*, prænomen inscripserant. Manium Valerium Dictatorem hoc anno creatum cum magistro Equitum Q. Servilio P. Servilii, Publii filii Prisci, priore anno Consulis fratre, produnt Dionysius et Livius. Hunc idcirco Dictatorem *Volesi filium* dicit Livius.

A. cclx. Ita ex Livio, Dionysio, Cicerone pro Cornelio, Valerio lib. 4, c. 3, Plutarcho in Coriolano, et Anonymo Norisiano. Lustrum ab his Censoribus factum, eoque censa civium millia amplius centum decem, tradit Dionysius. Per hæc tempora, atque hoc fere anno, ob secessionem plebis in montem sacrum, Tribunos plebis primum creatos narrant Livius, Dionysius, Cicero loc. cit., Plutarchus in Poplicola, Pædianus in Cornelianam, aliique.

A. cclxi, cclxii. De utriusque anni Consulibus ita ex Livio, Dionysio, Fastis Siculis, et Anonymi Norisiani.

An. Urb.					
263	Q. Sulpicius ... F... N. CamerInus	Cornutus	Sp. Lartius ... F... N. Flavus	II	
264	C. Julius . L. F.... N	Julus	P. Pinarius ... F... N. MamercInus	Rufus	
265	Sp. Nautius ... F... N	Rutilus	Sex. Furius ... F... N. MedullInus	Fusus	
266	C. Aquillius ... F... N	Tuscus	T. SicInius ... F... N	SabInus	
267	Sp. Cassius ... F... N. ViscellInus	III	Proculus . Verginius ... F... N. Tricostus	Rutilus	
268	Q. Fabius . K. F... N	VIbulanus	Ser. Cornelius . L. F... N. Cossus	Maluginensis	
269	L. Aimilius . Mam. F... N	Mamercus	K. Fabius . K. F... N	VIbulanus	
270	M. Fabius . K. F... N	VIbulanus	L. Valerius . VolusI . F... N	PotItus . Volusus	
271	C. Julius . C. F. L. N	Julus	Q. Fabius . K. F... N	VIBVLANVS . II	Fragm. I.
272	K. Fabius . K. F... N. VIbulanus	II	Sp. Furius ... F... N	FVSVS	
273	Cn. Manlius . P. F... N. Cincinnatus . in . proel. occIs. est		M. Fabius . K. F... N. VIBVLANVS	II	
274	K. Fabius . K. F... N. VIbulanus	III	T. Verginius ... F. T. N. TRICOST	RVTIlus	
275	L. Aimilius . Mam. F... N. Mamercus	II	C. ServIlius ... F... N. StruCTVS	AHALA	
			In . Mag. mortuus . est . IN . EIVS . LOC. F. E		
			C. Cornelius ... F... N. Lentulus	ESQUILINUS	
276	C. Horatius . M. F... N	PulvIllus	T. Menenius . Agrippae. F. C. N	LANATVS	
277	A. Verginius ... F... N. Tricostus	Rutilus	Sp. ServIlius ... F... N	StrVCTVS	
278	P. Valerius . P. F. VolusI . N	Poplicola	C. Nautius . Sp. F. Sp. N	RVTILVS	
279	L. Furius ... F... N	MedullInus	A. Manlius . Cn. F. P. N. Vulso	LustrVM . F. VIII	
280	L. Aimilius . Mam. F... N. Mamercus	III	Vopiscus . Julius ... F... N	IVLVS	
281	L. Pinarius . F... N	Rufus . MamercInus	P. Furius ... F... N	FuSVS	
282	T. Quinctius ... F.... N. Barbatus	CapitolInus	Ap. Claudius . M. F... N	SabIn. Inregillensis	
283	L. Valerius . VolusI . F... N. PotItus . Volusus	II	Ti. Aimilius . L. F. Mam. N	MamercInus	
284	A. Verginius . A. F. A. N. Tricostus . Caelimontanus		T. Numicius ... F... N	PrIscus	
285	T. Quinctius ... F... N. Barbatus . CapitolInus	II	Q. ServIlius . Q. F. P. N. PrIscus	Structus	
286	Ti. Aimilius . L. F. Mam. N. MamercInus	II	Q. Fabius . M. F. K. N	VIbulanus	
287	SP. POSTVMIVS. A. F. P. N. ALBVS. REGIllensis		Q. ServIlius . Q. F. P. N. PrIscus . Structus	II	Fragm. II.
288	Q. FABIVS. M. F. K. N. VIBVLAN	II	T. Quinctius ... F. N. Barbatus . CapitolIn. III. L. F	IX	
289	A. POSTVMIVS. A. F. P. N. ALBVS. REGILLensis		Sp. Furius... F... MedullInus	Fusus	
290	CCXC. P. SERVILIVS. SP. F. P. N	PRISCus	L. Aebutius ... F... N. Elva . in . mag. m. e		
291	L. LVCRETIVS. T. F. T. N. TRICIPITINVs		T. Veturius . T. F. P. N. Geminus	CIcurInus	

A. CCLXIII, CCLXIV. Geminum hoc par Consulum, quos legimus ex Dionysio et Fastis Siculis, consulto præterit Livius: verum, ut Capitolini lapidis ratio constet, non esse omittendos monet fragmentum XXXVI Triumphorum; aliter enim triumphus P. Valerii Poplicolæ, anno CCLXXIX, in eo descriptus non fuisset.

A. CCLXV. Ita ex Livio, Dionysio, Cassiodoro et Fastis Siculis, Sp. Nautium *Spurii filium* dicit Goltzius; *Spurii nepotem*, Pighius.

A. CCLXVI, CCLXVII, CCLXVIII, CCLXIX, CCLXX. Horum annorum Consules ita, uti a nobis inscripti sunt, elicuit Sigonius ex Auctoribus supra relatis. Opinatur autem Pighius L. Valerium, Consulem anno CCLXX, dictum fuisse *Marci filium*, *Publii nepotem*. Nos vero cum eodem Sigonio putamus patrem fuisse C. Valerii, anno CCCXCIV Tribuni Militum III, qui in fragmento IIII Capitolino dicitur: L. F. VOL. N. POTITVS. VOLVSVS.

A. CCLXXI. Hos hoc anno Consules fuisse docent Auctores supra relati, quibus accedit fragmentum I Capitolinum, ubi legitur VIBVLANVS II; idem scilicet Q. Fabius, qui anno CCLXVIII fuerat Consul primum, quique hoc anno dicitur a Dionysio *Cæsonis filius*. In fragm. II, anno CCCII, invenitur inter Decemviros Consulares C. IVLIVS. C. F. L. N. Jam vero hunc eumdem esse, qui nunc est Consul, suadent Livius, et Pædianus in Cornelianam, ubi eum, anno CCCIIII quo legatus ad plebem mittitur, Decemvirum Consularem appellant; nec enim quisquam alius a veteribus *C. Julii* nomine proditur Consul ab hoc anno usque ad CCCII vel CCCIIII.

A. CCLXXII. Utrique Consuli testes Livius, Dionysius, Cassiodorus, Zonaras et Fasti Siculi. In fragm. I ad hunc annum legitur: ..... N. FVSVS, quod Panvinius interpretatur, Sp. MeduliN. FVSVS. Nos vero, ne tam facile cognomina familiis addere videamur, rati sumus cum Sigonio, Pighio, Goltzio et Stampa, N. literam ex siglis potius esse, quæ *nepotem* significant, quam postremum elementum cognominis *MedulliN*.

A. CCLXXIII. Ita ex Livio, Dionysio, Cassiodoro, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani, et fragmento I Capitolino, ubi legitur VIBVLANVS II, id est *M. Fabius Cæsonis filius Vibulanus II*, qui anno CCLXX primum Consulatum inierat. Collegam Manlium opinamur cum Sigonio patrem esse A. Manlii, Decemviri Consularis anno CCCII, qui in fragmento II Capitolino dicitur: CN. F. P. N. Hunc autem alterum Consulem in prælio, Vejentino bello, occisum narrant Livius, Dionysius, Orosius, Valerius.

A. CCLXXIIII. Ita ex Livio, Diodoro, Dionysio, Fastis Siculis, et fragmento I Capitolino, in quo est: ..... F. T. N. TRICOSTVS. RVTILVS, nimirum, *T. Verginius ..... filius*, *Titi nepos Tricostus Rutilus*, quem Pighius *Titi filium* dicit.

A. CCLXXV. Ita ex Livio, Cassiodoro et Anonymo Norisiano. Mendose apud Dionysium legitur *Sergius* pro *Servilio*; siquidem cognomina StruCTVS. AHALA, quæ leguntur in fragmento I Capitolino, Sergiorum non fuerunt, sed Serviliorum. Diodorus autem ait hoc anno creatos fuisse Consules *L. Æmilium Mamercum* et *C. Lentulum*; præterea in eodem fragmento I Structo Ahalæ invenitur suffectus ESQVILINVS. Quare primus Consul omnino desideratur in marmore, nimirum L. Æmilius Mamercus II, idem qui anno CCLXIX Consul fuerat. Sic Sigonius, Stampa, et Muratorius ex relatis Auctoribus. Cognomen vero *Esquilinus*, quod in eodem fragmento, loco suffecti Consulis, legitur, est *C. Cornelii*, quem *Lentulum* cognominatum vidimus a Diodoro, non vero T. Herminii, ut falso opinatur Panvinius.

A. CCLXXVI. De hujus anni Consulum cognominibus ita ex Cassiodoro, Fastis Siculis, et Anonymi Norisiani. De nominibus vero ita ex Livio et Dionysio. LANATVS Menenii cognomen legitur in fragmento I Capitolino.

A. CCLXXVII. Ita ex Livio, Dionysio, Diodoro, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani, et fragmento I Capitolino, ubi legitur: ..... VCTVS, id est *Structus*, quod est Sp. Servilii cognomen. Pighius et Goltzius A. Verginium vocant *Titi filium*, *Titi nepotem*, opinantes fuisse fratrem T. Verginii, Consulis anno CCLXXIIII, qui ab iisdem dicitur *Titi filius*, et in eodem fragmento T. N., id est *Titi nepos*.

A. CCLXXVIII. Ita ex Livio, Dionysio, Diodoro, Cassiodoro, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani, et fragmento XXXVI Capitolino Triumphorum, ubi legitur: *Popli*COLA. *Cos.* AN. CCLXXIIX. Corrigendus autem est Diodorus, qui C. Nautio tribuit cognomen *Rufus* pro RVTILVS; ita enim legitur in fragmento I supra cit. P. Valerium, *P. Poplicolæ filium*, novimus ex Dionysio ad ann. CCXCI, quare et *Volusii nepotem*, de quo supra ad annos CCXLIIII, CCXLV et CCXLVI.

A. CCLXXIX. Ita ex Dionysio, Fastis Siculis, et Anonymi Norisiani. Livius Manlio *Caji* prænomen tribuit; *Marci*, Cassiodorus. Cum autem in fragmento II Capitolino, ad ann. CCCII, inveniatur A. MANLIVS . CN. F. P. N. VVLSO, Decemvir, qui, ipsis Dionysio, Livio, et Diodoro auctoribus, quatuor ante annis legatus Consularis fuerat, legum ferendarum caussa profectus in Græciam; Consularis dici non facile potuit, nisi hic idem fuisset hoc anno Consul. Lustrum ab hujus anni Consulibus factum, idque octavum legimus ex fragmento I, eoque lustro millia CCCIII civium censa, narrant Dionysius et Eutropius. Hinc patet, post quatuor lustra a Servio Tullio Rege condita, tria facta fuisse a Consulibus et Dictatore, quæ superius, Dionysio teste, retulimus.

A. CCLXXX. Ita ex Dionysio, Diodoro, Cassiodoro, et Fastis Siculis. Livius *Opitrem Verginium* prodit pro *Vopisco Julio;* verum cognomen IVLVS, quod legitur in fragmento I Capitolino, non quidem Verginii est, sed Julii, quem Anonymus Norisianus mendose *Volscum* hoc ipso anno nominat. Hunc Pighius et Goltzius *Caji filium*, *Lucii nepotem* dicunt.

A. CCLXXXI. Ita ex Livio, Dionysio, Diodoro, Cassiodoro, Fastis Siculis, et Varrone relato a Macrobio, Saturnalior. lib. I. Vestigia cognominis P. Furii apparent in postrema linea fragmenti I Capitolini. Pighius et Goltzius opinantur priorem Consulem L. Pinarium esse filium P. Pinarii, Consulis anno CCLXIIII.

A. CCLXXXII. Hujus anni Consules ita traduntur a Livio, Dionysio, Diodoro et Cassiodoro. Excipe cognomen *Barbatus*, quod T. Quinctio addidimus ex Zonara et Anonymo Norisiano. Præterea Ap. Claudium *Inregillensem* diximus pro *Regillensi*, ex iis quæ adnotavimus ad annum CCCXCI. Idem a Goltzio dicitur *Appii nepos*, absque ulla sane probabili conjectura. Fuit quidem, Dionysio teste, filius Appii, quem nos *Marcum* dicimus ex iis quæ retulimus ad annum CCLVIII; nomen autem avi ejus sine fundamento asseritur.

A. CCLXXXIII. Ex Livio, Dionysio, Diodoro, Cassiodoro, Fastis Siculis, et Anonymi Norisiani; nisi quod Livius et Cassiodorus Æmilio *T.* pro *Ti.* præponunt, *Titum* scilicet pro *Tiberio*, familiari Æmiliorum prænomine.

A. CCLXXXIV. Ita ex iisdem; mendose tamen est apud Dionysium *Montanus* pro *Cælimontano;* quem, quia non apponitur numerus Consulatuum, nec Aulum Verginium fuisse dixerim, qui Consul fuit anno CCLXXVII, nec Aulum, qui iniit Consulatum anno CCLIX, sed hujus filium; utrumque enim *Cælimontanum* cognominatum legimus apud veteres; ille autem dictus præterea *Rutilus* fuit.

A. CCLXXXV. Ex iisdem, excepto Anonymo Norisiano, apud quem pro *Q. Servilio Prisco Structo* legitur *Volscus*. Consulem hunc, quem a ceteris Serviliæ gentis Consulibus Prisci cognomen Structo additum discriminat, Q. Servilii Prisci P. F. fuisse filium putamus cum Sigonio, ejus qui magister Equitum fuit anno CCLIX.

A. CCLXXXVI. Ita ex iisdem, modo pro *Tito,* quod apud Livium et Cassiodorum est Æmilii prænomen, *Tiberium* legeris, ut diximus in primo hujus Consulatu. Quinctum hunc Fabium putat Livius, anno CCLXXVI, trecentis sex e Fabiorum gente ad Cremeram interfectis, reliquum ex hac gente puerum superfuisse filium M. Fabii Vibulani Cos. anno CCLXX. At si tunc puer erat, quonam modo nunc, decem nimirum annis post, Consulatum capere potuit? Itaque Dionysio assentimur, qui hunc quidem unum e Fabiorum numero reliquum fuisse contendit, ejus tamen ætatis, ut ad res gerendas esset idoneus.

A. CCLXXXVII, CCLXXXVIII, CCLXXXIX, CCXC, CCXCI, CCXCII, CCXCIII, CCXCIIII, CCXCV, CCXCVI, CCXCVII, CCXCVIII, CCXCIX, CCC, CCCI. Horum annorum Consules supersunt, suis quisque nominibus, in fragmento II Capitolino. Addendum tamen est M. Valerio, Consuli anno CCXCVII, præter cognomen *Maxumi*, alterum *Lactucini*, ex Plinio; Sex. Quinctilio, Consuli anno CCC, familiare cognomen *Varus* ex Anonymo Norisiano, et P. Sestio Capitoni, Consuli anno CCCI, *Vaticanus* ex eodem Anonymo. *Capitolinus* pro *Capitone* cognominatur hic Consul a recentioribus Fastorum concinnatoribus, ac si illud CAPITO, quod legitur in marmore, haberi debeat tanquam pars reliqua ex cognomine *Capitolinus*. Verum extremam literam verbi CAPITO subsequitur purum marmoris integri spatium duarum saltem, vel trium literarum capax; quod ostenditur in Tabula, adeo ut nulla suboriri suspicio possit, quin pro

Urb. An.				
292	P. VOLVMNIVS. M. F. M. N. AMINTIN. GALLVS		*Ser. Sulpicius. Serv. F. P. N*	*CamerInus*
293	P. VALERIVS. P. F. VOLVSI. N. POPLICOLA	II	*C. Claudius. M. F... N*	*SabIn. Inregillensis*
	IN. MAG. MORTVVS. EST. IN. EIVS. L. F. E			
	L. QVINCTIVS. L. F. L. N. CINCINNATVS			
294	Q. FABIVS. M. F. K. N. VIBVLANVS	III	*L. Cornelius. Ser. F. L. N. Maluginens. Cossus. L. F. X*	
295	C. NAVTIVS. SP. F. SP. N	RVTILVS. II	*L. Minucius... F... N*	*AugurInus*
			Coact. a. Dict. abdic. in. c. l. f. e	
			Q. Fabius. M. F. K. N. VIbulanus	IIII
	L. QVINCTIVS. L. F. L. N	CINCINNAT*us*	*Dict*	*Rei. Gerundae. caussa*
	L. TARQVITIVS. L. F	FLACCVS	*Mag. Eq*	
296	C. HORATIVS. M. F. M. N. PVLVILLVS		*Q. Minucius... F... N*	
297	M. VALERIVS. M'. F. VOLVSI. N. MAXVM. *LactucInus*		*Sp. Verginius. A. F. A. N. Tricostus. Caelimontanus*	
298	T. ROMILIVS. T. F. T. N. ROCVS. VATIC*anus*		*C. Veturius... T. F... N. Geminus*	*CicurInus*
299	SP. TARPEIVS. M. F. M. N. MONTAN. CA*pitolInus*		*A. Aterius... F... N*	*Fontinalis*
300	CCC. SEX. QVINCTILIVS. SEX. F. P. N	*Varus*	*P. Horatius... F... N*	*Tergeminus*
301	P. SESTIVS. Q. F. VIBI. N. CAPITO	*Vaticanus*	*T. Menenius. T. F. Agrip. N*	*Lanatus*
302	AP. CLAVDIVS. AP. F. M. N. CRASS. INR*egillensis*		*T. Genucius. L. F. L. N*	*AugurInus*
	ABDICARVNT. VT. D*esignarentur. ex. Patrum. ordine*			
	DECEMVIRI. CONSVLAR*I. Potestate. legum. ferendarum. caussa*			
	AP. CLAVDIVS. AP. F. M. N. CRASS. IN*regillensis*		*Sp. Postumius. A. F. P. N. Albus*	*Regillensis*
	T. GENVCIVS. L. F. L. N. AVGVRIN*us*		*Ser. Sulpicius. Ser. F. P. N*	*CamerInus*
	SP. VETVRIVS. SP. F. P. N. CR*assus*		*P. Sestius. Q. F. VIbI. N. Capito*	*Vaticanus*
	C. IVLIVS. C. F. L. N.	*Julus*	*T. Romilius. T. F. T. N. Rocus*	*Vaticanus*
	A. MANLIVS. CN. F. P. N	*Vulso*	*P. Horatius... F... N*	*Tergeminus*
303	AP. CLAVDIVS. *Ap. F. M. N. Crassus. Inregillensis*	II	*Q. Fabius. M. F. K. N*	*VIbulanus*
	M. COR*nelius. Ser. F. L. N*	*Maluginensis*	*M'. Rabulejus... F... Nepos*	
	L. Minucius... F... N	*AugurInus*	*Q. Poetelius... F... N. Libo*	*Visólus*
	T. Antonius... F... N	*Merenda*	*K. Duilius... F... Nepos*	
	M. Sergius... F... Nepos		*Sp. Oppius... F... N. Cornicen. Hei. tres. e. plebe*	
304	*Ap. Claudius. Ap. F. M. N. Crassus. Inregillensis.*	III	*Q. Fabius. M. F. K. N. VIbulanus*	II
	M. Cornelius. Ser. F. L. N. Maluginensis	II	*M'. Rabulejus... F... N*	II
	L. Minucius... F... N. AugurInus	II	*Q. Poetelius... F... N. Libo. Visólus*	II
	T. Antonius... F... N... Merenda	II	*K. Duilius... F... N*	II
	M. Sergius... F... N	II	*Sp. Oppius... F... N. Cornicen*	II
	Secessione. plebis. in. AventInum. facta. ob. facinus. Ap. ClaudI			
	CrassI. coactI. abdicarunt. in. eorum. locum. factI. sunt. Cos			
	L. Valerius. P. F. P. N. Poplicola	*PotItus*	*M. Horatius. M. F. M. N*	*Barbatus*
305	*Lar. Herminius... F... Nepos*		*T. Verginius. F... N. Caelimontanus*	*Tricostus*
306	*M. Geganius. M. F... N*	*MacerInus*	*C. Julius... F... N*	*Julus*
307	*T. Quinctius. F... N. Barbat. CapitolInus*	IIII	*Agrippa Furius... F... N*	*Fusus*

Capitolino legendum sit *Capito.* P. Servilio, Consuli anno ccxc, addit hanc notam Pighius : *In magistratu mortuus est*, quod utrumque Consulem hoc anno pestilentia decessisse scribant Livius, Dionysius et Orosius. Nos alterius tantum Consulis obitum adscripsimus; Servilii omisimus, quod non habeatur in marmore : licet enim hoc fractum ibi sit, ubi mors erat adnotanda, exigua tamen marmoris pars quæ excidit, Siglas *in m. m. est* capere non potuit. Lustrum, Q. Fabio II, T. Quinctio Consulibus, conditum anno cclxxxviii, quod nonum fuit ad rationem Capitolinam, eoque a T. Quinctio millia cxxiiii civium censa, auctor est Livius. L. Æbutium, Consulem anno ccxxc, Pighius et Goltzius dicunt *Titi filium, Titi nepotem.* Panvinius, loco T. Veturii, Consulis anno ccxci, habet *Sp. Veturium Sp. F. T. N. Crassum*; perperam tamen, ut puto : siquidem Livio, Dionysio et Cassiodoro sunt hoc anno Consules L. Lucretius Tricipitinus, et T. Veturius Geminus; L. Lucretius, T. Veturius Cicurinus Diodoro; Cicurinus et Tricipitinus Anonymo. Hunc autem T. Veturium Titi filium esse putamus ejus qui Consul fuit anno cclix; Ser. Sulpicium, Consulem anno ccxcii, Ser. Sulpicii, Consulis anno ccliii, filium esse opinamur cum Sigonio, ac patrem Q. Sulpicii, qui in fragmento iiii Capitolino, anno cccli, dicitur : SER. F. SER. CAMERIN. CORNVT. TR. MIL. C. Claudium, Consulem anno ccxciii, Appii quem nos *Marcum* dicimus, filium, fuisse patruum Appii Claudii, Xviri Consularis, scribunt Livius et Dionysius. L. Cornelium, Consulem anno ccxciiii, cum ex relatis Auctoribus novimus, tum ex fragmento xxxvii Triumphorum, in quo est : .....IVS. SER. F. L. N.....VS. COS. AN. CCXCIV, hoc est, *L. Cornelius Ser. F. L. N. Maluginensis Cossus Consul.* Censum centum triginta duum millium quadringentorum novem civium, anno ccxciii, P. Valerio, C. Claudio Consulibus, actum tradunt Livius et Eutropius; quo lustrum fieri propter Capitolium captum, et occisum P. Valerium Consulem, religiosum fuit; ideoque, insequente anno, Q. Fabio, L. Cornelio Consulibus, conditum subdit idem Livius; quod decimum ad Capitolinam rationem fuit. Pighius ad annum ccxc præterit suffectum Consulem Q. Fabium, quem hoc anno, L. Minucii loco, quartum processisse Livius narrat, indicatque fragmentum ii Capitolinum illo duarum linearum spatio inter C. Nautium Rutilum Consulem II, et L. Quinctium Cincinnatum Dictatorem; ex altera enim marmoris parte, quæ periit, duas item lineas fuisse significat; alteram, in qua L. Minucii descripta fuerat abdicatio, Dictatoris jussu, ut ait Valerius lib. 2, cap. 2; alteram, in qua Q. Fabius Minucii loco fuerat inscriptus. L. QVINCTIVS. L. F. L. N. CINCINNATus, et L. TARQVITIVS. L. F. FLACCVS, quos in eodem fragmento retractiori legimus linea, alter Dictator, alter Magister Equitum hoc eodem anno creati dicuntur a Livio et Dionysio. Id ipsum innuere videtur fragmentum xxxvii Triumphorum, ubi legitur : ....CTIVS. L. F. L. N. CINCINNATVS ..... AN. CCXCV, hoc est, *L. Quinctius L. F. L. N. Cincinnatus Dict. an. CCXCV.* Sp. Verginium Tricostum Cœlimontanum, Consulem anno ccxcvii, opinamur fuisse fratrem A. Verginii, Consulis anno cclxxxiv, quod uterque iisdem cognominibus invenitur apud veteres. Anno ccxcvii, ludos sæculares primos, M. Geganio T. F. T. N. Macerino, C. Nautio Sp. F. Sp. N. Rutilo Duumviris, ex S. C. factos ait Pighius ex edicto Cæs. Augusti, et Commentariis XV Virorum. Collega Sp. Tarpeji, Consulis anno ccxcix, varie traditur a veteribus. Eum Livius, et Plinius lib. 7, cap. 22, *A. Aternium* dicunt; Dionysius, Αὖλον Τερμένιον; Gellius, lib. 2, cap. 11, A. Termum; Diodorus, Αὖλον Ἀστέριον Φοντίνιον; Cassiodorus, et Solinus cap. 6, A. Aterium. Nos trium postremorum auctorum concordem traditionem (modo Ἀστέριον Diodori verteris in Ἀτέριον) sequendam esse rati sumus, quod de Ateriorum familia tantum constat. Huic autem Consuli cognomen *Fontinalis* adjunximus ex eodem Diodoro et Anonymo Norisiano. P. Horatium, Consulem anno ccc, *Publii filium, Publii nepotem* dicit Pighius. T. Menenium, Consulem anno ccci, opinamur cum Sigonio filium esse T. Menenii, Consulis anno cclxxvi, fratrem L. Menenii, Consulis anno cccxiii.

A. cccii. Alter hoc anno Consul, et reliqui quinque ex Decemviris Consulum loco creatis, qui desiderantur in fragmento ii Capitolino, habentur apud Livium, Dionysium, Diodorum et Cassiodorum. Discrepat autem inter eos de prænomine Sp. Postumii, Decemviri, quod *Publius* est apud Livium. Veturius, cui in fragmento ii prænomen est *Spurius*, *Titus* dicitur a Dionysio, *Lucius* a Livio. Livium sequuntur Stampa et Muratorius, a quo miror id admissum, cum in suo veterum inscriptionum Thesauro pag. ccci, inscript. 4, dixerit : *Pluris quippe est in hisce rebus auctoritas unius antiqui indubitati Lapidis, in quo firma semper est scriptura, quam Codicum, quorum fortuna obnoxia est erroribus Librariorum.*

A. ccciii, ccciv. De utriusque anni Decemviris, et alterius Consulibus, Decemvirum loco suffectis, ita ex Livio, Dionysio, Diodoro, Cassiodoro, Fastis Siculis, et Anonymi Norisiani. Iidem præterea Consules leguntur in fragmento xxxvii Triumphorum, nempe L. ValerIVS. P. F. P. N. POpliCOLA. POTIT. *Cos.* AN. CCCIV. *M. Hora*TIVS. M. F. M. N. BARBATVS. *Cos.* ANN. CCCIV.

A. cccv. Ita ex Dionysio, Diodoro, Cassiodoro, et Fastis Siculis. Herminii prænomen *Furium* legimus apud Livium, pro *Larte*; cui Anonymus Norisianus *Continisanum* cognomen adjungit, *Aquilinum* Goltzius et Pighius, quod *T. Herminii Aquilini* filium putent ejus qui Consul fuit anno cclvii. Iidem T. Verginium, alterum hoc anno Consulem, dicunt filium *Titi Verginii*, Consulis anno cclvii.

A. cccvi. Ex Livio, Diodoro, Fastis Siculis, et Anonymi Norisiani. Multa hoc anno desiderantur apud Dionysium. Macerini patrem legimus in fragmento xxxvii Triumphorum, ut infra dicetur ad annum cccx. C. Julium *Caii filium, Caii nepotem* dicunt Pighius et Goltzius.

A. cccvii. Ita ex Livio, Dionysio, Diodoro, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. Excipe Quinctii prænomen, quod *Lucius* est apud Livium et Dionysium.

An. Urb.				
308	*M. Genucius . L. F. L. N*	*AugurInus*	*C. Curtius . . . F. . . Nepos*	*Philo*
	TribunI . Militum . ConsularI . potestate . prImum . crearI . cœptI			
309	*A. Sempronius . A. F. . . N*	*AtratInus*	Trib. Mil	
	T. Cloelius . . . F. . . N	*Siculus*		
	L. AtIlius . . . F. . . N	*Longus*		
	Vitio . factI . abdicarunt . in . eorum . locum . factI . sunt . Cos			
310	*L. PapIrius . . . F. . . N*	*Mugillanus*	*L. Sempronius . A. F. . . N*	*AtratInus*
	M. Geganius . M. F. . . N. MacerInus	*II*	*T. Quinctius . . . F. . . N. Barbatus . CapitolInus*	*V*
	Censores . prImum . crearI . cœptI			
	L. PapIrius . . . F. . . N	*Mugillanus*	*L. Sempronius . A. F. . . N. AtratInus . Lustr. F.*	*XI*
311	*M. Fabius . Q. F. M. N*	*VIbulanus*	*Postumus . Aebutius . . . F. . . N. Elva*	*Cornicen*
312	*C. Furius . . . F. . . N. Pacilus*	*Fusus*	*M'. PapIrius . . . F. . . N*	*Crassus*
313	*Proculus . Geganius . . F. . . N*	*MacerInus*	*L. Menenius . T. F. Agrip. N*	*Lanatus*
314	*T. Quinctius . . . F. . . N. Barbatus . CapitolInus*	*VI*	*Agrip. Menenius . T. F. Agrip. N*	*Lanatus*
	L. Quinctius L. F. L. N. Cincinnatus	*II*	*Dict*	*RegnI . opprimendI . et Sedit. Sedand. caussa*
	C. ServIlius . . . F. . . N. Structus . Ahala		*Mag. Eq*	
315	*Mam. Aimilius . M. F. . . N*	*MamercInus*	Trib. Mil	
	L. Quinctius . L. F. L. N	*Cincinnatus*		
	L. Julius . VopiscI . F. . . N	*Julus*		
316	*M. Geganius . M. F. . . N. MacerInus*	*III*	*L. Sergius . C. F. C. Nepos . quI . in . h. h. FIdenas . appel. e*	
	Mam. Aimilius . M. F. N	*MamercInus*	*Dict*	*ReI . Gerundae . caussa*
	L. Quinctius . L. F. L. N	*Cincinnatus*	*Mag. Eq*	
317	*M. Cornelius . M. F. Ser. N.*	*Maluginensis*	*L. PapIrius . M'. F. . . N*	*Crassus*
318	*C. Julius . . . F. . . . N. Julus*	*II*	*L. Verginius . . . F. . . N*	*Tricostus*
	Q. ServIlius P. F. Sp. N. PrIscus . quI . in . h. h. FIdenas . ap. e		*Dict*	*ReI . Gerundae . caussa*
	Postumus . Aebutius . . . F. . . N. Elva . Cornicen		*Mag. Eq*	
	Cens. C. Furius . . . F. . . N. Fusus	*Pacilus*	*M. Geganius . M. F. . . N. MacerInus . Lustr. Fec.*	*XII*
319	*C. Julius . . . F. . . N. Julus*	*III*	*L. Verginius . . . F. . . N. Tricostus*	*II*
	Mam. Aimilius . M. F. . . N. MamercInus	*II*	*Dict*	*ReI . Gerundae . caussa*
	A. Postumius . . . F. . . N. Tubertus		*Mag. Eq*	
320	*M. Fabius . Q. F. M. N*	*VIbulanus*	Tr. Mil	
	M. Foslius . . . F. . . N	*Flaccinator*		
	L. Sergius . C. F. C. N	*FIdenas*		
321	*L. Pinarius . F. . . N. Mamercus*	*Rufus*	Tr. Mil	
	L. Furius . F. . . N. MedullInus	*Fusus*		
	Sp. Postumius . F. . . N. Albus	*Regillensis*		
322	*T. Quinctius . L. F. . . L. N. Pennus . Cincinnatus*		*C. Julius . . . F. . . N*	*Mento*
	A. Postumius . . . F. . . N	*Tubertus*	*Dict*	*ReI . Gerundae . caussa*
	L. Julius . VopiscI . F. . . N	*Julus*	*Mag. Eq*	

A. cccviii. Ex Livio, Dionysio, Diodoro, Zonara, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. Excipe tamen apud Dionysium *Minucium* pro *Genucio*, apud Livium *Curiatium* pro *Curtio*, quem ita dicendum monet Varro de Ling. Latina; apud Diodorum *Chilonem* pro *Philone*.

A. cccix. Ex Livio, Dionysio, Diodoro, Cicerone in Epist. ad Papirium Pætum. Ex historia satis constare putat Sigonius L. Sempronium, Consulem alterum, Tribunorum loco suffectum, patrem esse A. Sempronii L. F. A. N. Atratini, Consulis anno cccxxxvii.

A. cccx. Ita ex Livio, Dionysio, Diodoro, Cassiodoro, Zonara, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. M. Geganii, M. F. Macerini vestigia adhuc exstant in fragmento xxxvii Triumphorum, nempe: ...NIVS. M... ...RINUS ... ANN. CCCX. Censores hoc tandem anno creatos narrant Livius et Dionysius, cujus reliqua historiæ pars injuria temporum periit.

A. cccxi, cccxii, cccxiii, cccxiv. Ita ex Livio, Diodoro, Cassiodoro, Fastis Siculis, et Anonymi Norisiani, a quo M. Fabius, Consul anno cccxi, mendose cognominatus est *Vimilanus* pro *Vibulano*. Hunc ex historia filium novimus Q. Fabii M. F. K. N., quem cladi ad Cremeram superstitem et ter Consulem legimus. L. Menenio, Consuli anno cccxiii, iterati Consulatus notam addit Panvinius, quod, anno ccci, Titi Menenii loco perperam fecit Consulem. Lucium hunc putamus cum Sigonio fuisse fratrem Agrippæ Menenii, insequente anno Consulis, qui T. F. *Agrip. N.* dicitur in fragmento iii ad annum cccxxxvi, quo fuit Tribunus Militum. Menenio, Consuli anno cccxiv, prænomen *Titum* pro Agrippa mendose inditum legitur apud Diodorum. De Dictatore et Magistro Equitum hoc eodem anno creatis ob regnum a Sp. Melio affectatum testes sunt Livius, Cicero in Catone, Diodorus et Zonaras.

A. cccxv. Ita ex Livio. Diodorus Æmilio *Manium* prænomen addit pro *Mamerco; Julio Cajum* pro *Lucio*. De horum Tribunorum patribus avisque satis constat ex historia, avo Julii excepto, quem Pighius *Cajum* dicit.

A. cccxvi. Ex Livio, Diodoro, Cassiodoro, et Fastis Siculis. Perperam Anonymus prodit *Maximum* pro *Macerino*. L. Sergius C. F. C. N. Fidenas dicitur in fragmento iii Capitolino, anno cccxxxv, quo fuit Tribunus Militum III. Mam. Æmilium, Dictatorem cum L. Quinctio Cincinnato Magistro Equitum, produnt hoc anno Livius, Orosius et Eutropius; qui vero scripsit de viris illustribus, Dictatorem L. Quinctium et A. Cornelium Cossum Magistrum Equitum. Hunc Cossum Tribunum Militum potius quam Magistrum Equitum a plerisque vocatum Auctoribus tradit Livius.

A. cccxvii. Ita ex Livio, Cassiodoro, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. Hinc vitiose apud Diodorum dici animadvertimus *A. Cornelium Macerinum* pro *Marco Cornelio Maluginense;* quem Pighius *Lucii filium, Lucii nepotem* dicit; nos vero cum Sigonio filium putamus M. Cornelii, jam Decemviri Consularis. L. Papirium eum esse cum eodem Sigonio rati sumus, quem in Censura Capitolina, fragment. iii anno cccxxxv, legimus M'. F.

A. cccxviii. Ita ex Livio, Cassiodoro, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. Diodorus Verginio *Proculum* prænomen addit pro *Lucio*. Q. Servilium Dictatorem cum Postumo Æbutio Elva Magistro Equitum prodit Livius. Q. SERVILIVS . P. F. SP. N. *Pr*ISCVS . FIDENAS legitur in secunda ipsius Dictatura Capitolina, fragmento iii anno cccxxxv. De Censoribus ita ex Livio; lustrum ab his conditum probatur ex reliquorum numero, qui, hoc omisso, non constaret.

A. cccxix. Eosdem hoc anno Consules, qui priore anno creati fuerant, se invenisse, ait Livius, apud Macrum Licinium; contra Valerius Antias et Q. Tubero M. Manlium et Q. Sulpicium *Consules in hunc annum edunt. In tam discrepanti editione, et Tubero, et Macer,* ut ait idem Livius, *linteos libros auctores profitentur. Neuter Tribunos Militum hoc fuisse traditum a Scriptoribus antiquis dissimulat.* Macrum sequitur Cassiodorus, qui *C. Julium* III, *L. Verginium* II retulit ad hunc annum. Tribunos tres pro Consulibus edit Diodorus, nimirum *M. Manlium, Q. Sulpicium Prætextatum et Ser. Cornelium Cossum.* Diodoro adstipulari videtur Anonymus, apud quem est *Capitolinus* (id est M. Manlius) et *Cossus;* huic enim mos est duos tantum quolibet anno prodere vel Consules, vel Tribunos. Accedunt et Fasti Siculi, quibus idem est mos, habentes *Capitolinum* et *Camerinum*, qui est Q. Sulpicius. Nos iis subscribere duximus, quos recentioribus Fastorum concinnatoribus sequi placuit. De Dictatore Mam. Æmilio et A. Postumio, Magistro Equitum, constat ex Livio.

A. cccxx. Ex Livio, Diodoro et Anonymo Norisiano; modo nomen Flaccinatoris, quod apud Livium est *Folius*, et apud Diodorum Φαλίνιος vertas in Foslium, quod ita legendum monet fragmentum vi Capitolinum, part. ii, ad annum cdxxxix, contra Pighium et Almelovenium, quorum alter prodit *Fossium*, alter *Follium*.

A. cccxxi. Ita ex Livio, Diodoro et Anonymo Norisiano. L. Pinarium *Lucii filium* dicunt Panvinius et Pighius; *Lucii filium, Publii nepotem* Goltzius; Spurium autem Postumium *Spurii filium, Auli nepotem* vocant iidem Goltzius et Pighius.

A. cccxxii. Ex Livio, Diodoro, Cassiodoro, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. T. Quinctius est alter ex tribus Cincinnati senis filiis frater, quem populus ante damnaverat, ut ait Livius. De Dictatore et Magistro Equitum ita ex Livio, Diodoro, Valerio lib. 2, cap. 2, Plutarcho in Camillo, et Gellio lib. 16, apud quem Dictatori mendose additum legitur cognomen *Torquatus* pro *Tubertus*.

An. Urb.					
323	L. PapIrius . M'. F... N	Crassus . II	L. Julius . VopiscI . F... N	Julus	
324	L. Sergius . C. F. C. N. FIdenas	II	Hostus Lucretius ... F... N	TricipitInus	
325	T. Quinctius . L. F. L. N. Pennus . Cincinnatus	II	A. Cornelius ... F... N	Cossus	
326	C. ServIlius ... F... N. Structus	Ahala	L. PapIrius ... F... N. Mugillanus	II	
327	T. Quinctius . L. F. L. N. Pennus . Cincinnatus		C. Furius ... F... N. Pacilus Fusus		Trib. Mil
	M. Postumius .. F... N. Albus . Regillensis		A. Cornelius ... F... N. Cossus		
	Mam. Aimilius . M. F... N. MamercInus	III	Dict	RelI . Gerundae . caussa	
	A. Cornelius ... F... N. Cossus		Mag. Eq		
328	A. Sempronius . L. F. A. N	AtratInus	L. Furius ... F... N. MedullInus . Fusus	II	Tr. Mil
	L. Quinctius . L. F. L. N. Cincinnatus	II	L. Horatius ... F... N	Barbatus	
329	Ap. Claudius . Ap. F. Ap. N. Crassus . Inregillensis		Sp. Nautius . F... N	Rutilus	Tr. Mil
	L. Sergius . C. F. C. N. FIdenas	II	Sex. Julius ... F... N		
	Cens.		....	Lustr. F. XIII	
330	C. Sempronius . A. F. A. N	AtratInus	Q. Fabius . Q. F. M. N	VIbulanus	
331	L. Manlius ... F... N. Vulso	CapitolInus	Q. Antonius ... F... N. Merenda		Tr. Mil
	L. PapIrius ... F... N	MVGILLANus	L. ServIlius ... F... N. Structus		Fragm. III
332	T. Quinctius . T. F... N	CapiTOLIN. BARBATVS	N. FABIVs . Q. F. M. N	VIbulanus	
333	T. Quinctius . L. F. L. N. Penn. CINCINNATVS . II		M. MANLius ... F... N. Vulso . CapitolIn		Tr. Mil
	L. Furius . F... N... Fusus . MeDVLLINVS . III		A. SEMPROnius . L. F. A. N. AtratIn. II		
334	Agripp. Menenius . T. F. AgRIPP. N. LANATVS		SP. NAVTIVs . Sp. F. Sp. N. Rutilus		Tr. Mil
	P. Lucretius . HostI . F... N. TRICIPITINVS		C. SERVILIVs . Q. F. C. P. Axilla		
335	M. PapIrius ... F... N. MVGILLANVS				
	L. SERVILIVS . Q. F. C. N. AXILLA II				Tr. Mil
	L. SERGIVS . C. F. C. N. FIDENAS III				
	Q. SERVILIVS . P. F. SP. N. PrISCVS . FIDENAS . II		Dict		
	C. Q. F. C. N. AXILLA		MAG. Eq		
	CENS. PAPIRIVS . M'. F... N	Crassus	....	Lustr. Fec. XIIII	
336	P. LVCRETIVS . HOSTI . F... N. TricipitInus	II	Sp. Veturius ... F... N. Crass. CIcurIn		Tr. Mil
	AGRIPP. MENENIVS . T. F. Agripp. N. Lanatus	II	L. ServIlius ... F... N Structus . II		

A. cccxxiii. Ex Livio, Cassiodoro, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. Pighius Papirio *Caii* prænomen inscribit pro *Lucii*, ut ait ex Diodoro, quem corrigit, ubi alterum Consulem *L. Junium* vocat pro *L. Julio*, ut cum Livio aliisque mox relatis consentiat. Jam vero si hujus Consulis nomen vitiose legi sensit apud Diodorum; nec enim cognomen *Julus* huic additum Juniorum fuit, sed Juliorum; cur et de Papirii prænomine castigatoribus non hæsit Historicis?

A. cccxxiv. Ex Livio, Cassiodoro, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. *Opitrem* pro *Hosto* Lucretii prænomen legitur apud Diodorum, quem Valerius corrigit in epitoma. Hunc Consulem opinatur Pighius esse filium L. Lucretii, Consulis anno ccxci.

A. cccxxv. Ita ex Livio, Cassiodoro, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. Mendose, ut puto, L. Quinctius et A. Sempronius produntur a Diodoro; sunt enim in Fastis Siculis *Cossus* et *Pennus*, in Anonymi *Cossus* et *Cincinnatus*, Corneliorum et Quinctiorum cognomina. A. Cornelium opinatur Pighius et Goltzius fuisse filium M. Cornelii, Decemviri Consularis, annis ccciii et ccciv.

A. cccxxvi. Ex Livio et Cassiodoro. Diodorus et Anonymus *Structum* habent pro *Ahala*, Axillam Fasti Siculi; quæ tamen omnia Serviliorum sunt cognomina.

A. cccxxvii. Ex Livio et Diodoro. Anonymus duos tantum Tribunos edit, ut solet, seu potius Tribunorum cognomina, eaque corrupta, *Cosum* nimirum pro *Cosso*, et *Fisum* pro *Fuso*. M. Postumium *Auli filium*, *Auli nepotem* dicunt Goltzius et Pighius. C. Furium putamus cum Sigonio eumdem esse, ac qui Consul fuit anno cccxii et Censor anno cccxviii; A. vero Cornelium item eumdem, ac qui Consul fuit anno cccxxv. De Dictatore et Magistro Equitum ita Livius, Diodorus et Orosius; quanquam Diodorus Dictatori *Manium* pro *Mamerco* prænomen inscribit, mendose quidem, ut animadvertimus ad annum cccxvi.

A. cccxxviii. Ita ex Livio et Diodoro. Anonymus *Atratinum* prodit et *Mimillanum* loco *Medullini*. A. SEMPRONIVS . L. F. A. N., qui idem est ac Atratinus, hoc anno Trib. Mil. legitur in fragmento iii Capitolino. L. Quinctius Cincinnatus is est qui Tribunus Militum fuerat anno cccxv; L. Furius is qui semel fuerat anno cccxxi, tertium autem fuit anno cccxxxiii, ut constat ex eodem fragmento iii. M. Horatium putat Goltzius fuisse filium M. Horatii, Consulis anno ccciv.

A. cccxxix. Ex Livio, Diodoro et Anonymo Norisiano; quanquam Diodorus Claudium prodit cum *Titi* prænomine, quem Livius paullo post Appium Xviri filium vocat. Sp. Nautium, qui nunc est Tribunus Militum primum, tradit Livius eumdem esse qui iterum fuit anno cccxxxvii. At, si ita est, excidet e Fastis secundus Tribunatus alterius Sp. Nautii, qui per hæc tempora ter Tribunus Militum fuit ex ipso Livio et fragmento iv Capitolino, ad annum cccxlix; nec enim in quem alium annum hunc secundum Tribunatum conjicias inveneris, cum ubique omnes impleti sint Tribunorum laterculi. Quamobrem uno tantum Tribunatu insignitum fuisse dixerimus Sp. Nautium, hoc anno Tribunum, quem Goltzius et Pighius *Sp. F. Sp. N.* vocant; perperam tamen, nam hæc agnomina non huic, sed Sp. Nautio ter Tribuno addita leguntur in eodem fragmento iv Capitolino, ad annum cccxlix. Lustrum hoc anno factum sic conjecimus. Ab anno cccxxviii, quo C. Furius Fusus Pacilus et M. Geganius Macerinus Lustrum condiderunt duodecimum, usque ad annum cccl, quo M. Furium Camillum et M. Postumium Albinum Regillensem Lustrum fecisse xvi ex lapidibus Capitolinis deprehendimus, nulla apud veteres de Censoribus fit mentio, præterquam in fragmento iii, ad annum cccxxxv, ubi legitur: CENS. L. PAPIRIVS . M'. *filius*. At quibusnam annis lustra xiii, xiv et xv facta sunt? Animadverso annorum spatio, quod inter xii et xvi Lustrum interfuit, xiv factum putamus anno cccxxxv; præsenti vero xiii. De xv suo loco dicetur.

A. cccxxx. Ita ex Livio, Cassiodoro, Valerio lib. 3, cap. 2, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. C. Sempronium, patruelem fratrem A. Sempronii, qui in fragmento iii Capitolino ad annum cccxxxvii dicitur L. F. A. N. *Atratinus Tr. Mil. III*, fuisse narrat Livius. Q. Fabius Q. F. M. N. legitur in eodem fragmento, ad annum cccxxxvii et cccxxxix, quibus semel et iterum processit Tribunus Militum.

A. cccxxxi. Ex Livio, apud quem ex librariorum oscitantia desideratur quartus Tribunus *L. Servilius Structus*. Cum autem hic ex Livio Consulatum iterum inierit anno cccxxxvi, nisi hoc primum anno eum processisse dixerimus, quo alio Consul fuerit non apparet. In fragmento iii legimus MVGILLAN, quod cognomen est L. Papirii. *Mugillanum* et *Capitolinum*, quod cognomen est L. Manlii, prodit Anonymus Norisianus. Tribunum hunc Panvinius et Goltzius *Auli filium*, *Caji nepotem*; C. Antonium *Titi filium* dicunt iidem Goltzius et Pighius.

A. cccxxxii. Ita ex Livio, Cassiodoro, Anonymo Norisiano et fragmento iii Capitolino. Titum Quinctium Capitolini filium scribit Livius ejus qui Consul VI fuit anno cccxiv. N. Fabium Vibulanum *Quincti filium*, *Marci nepotem* diximus ex fragmento iii ad annum cccxlvi; L. Papirium *Lucii filium* vocant Pighius et Goltzius.

A. cccxxxiii. Ex Livio, Anonymo Norisiano et fragmento iii Capitolino; quanquam Livius, ex annalium fortasse varietate, ut ait Sigonius, notam tertii Tribunatus tribuit Cincinnato et iterati Medullino, contra atque est in eodem fragmento. M. Manlium Lucii Manlii fratrem putant Panvinius, Goltzius et Pighius, ejus qui Tribunus Militum fuit anno cccxxxi, atque ideo filium A. Manlii, Decemviri Consulari potestate anno ccciii.

A. cccxxxiv. Ita ex Livio, Anonymo Norisiano et fragmento iii Capitolino. Agrippam Menenium *Titi filium*, *Agrippæ nepotem* diximus ex eodem fragmento iii ad annum cccxxxvi, quo iterum processit Tribunus Militum. SP. NAVTIVS . SP. F. SP. N. RVTILVS legitur in fragmento iv ad annum cccxlix, quo tertium Tribunus Militum factus est. C. Servilius idem est ac qui legitur in fragmento iii, ad annum cccxxxv, nimirum: Q. F. C. N. AXILLA . II.

A. cccxxxv. De hujus anni Magistratibus satis constat ex fragmento iii Capitolino, Mugillani nomine ac prænomine exceptis, nempe *M. Papirio*: quæ duo ex Livio ac Diodoro didicimus. Tribunum hunc *Lucii filium* dicunt Panvinius, Goltzius et Pighius. Magistrum Equitum qui, in eodem fragmento iii, suppresso nomine legitur C Q. F. C. *N.* AXILLA, *Servilium* fuisse dictum docet Livius, et familiare Serviliorum cognomen Axilla, arguitque in marmore ipsum superioris lineæ nomen SERVILIVS, cui, in subjecta linea, respondet spatium totidem literarum capax, de industria a scalptore præteritum, ut labori parceret: quod etiam alibi factum videbimus. Censores hoc anno creatos fuisse monemur ex eodem fragmento, in quo unus superest L. Papirius. De hoc Magistratu, cum hoc anno tum aliis deinde multis, non loquitur Livius. Eumdem Papirium putat Goltzius fuisse filium Papirii Mugillani, Tribuni Militum anno cccxxxi. Verumtamen sigla M, quæ in fragmento statim post nomen occurrit, licet adeo sit abrasa, ut adjecta sibi lineola *Manium* significans penitus exciderit, satis arguit hunc Censorem eumdem esse ac Consulem anno cccxvii et cccxxiii. Censorem alterum addit Pighius; nempe hoc eodem anno Dictatorem *Q. Servilium*. Sed unde id hauserit adhuc latet.

A. cccxxxvi Duos ex hujus anni Tribunis, nempe L. Lucretium et Agrippam Menenium novimus ex fragmento iii, quorum uterque ex eodem fragmento creatus fuit anno cccxxxiv. His Sp. Veturium et L. Servilium addunt Livius et Diodorus, qui tamen Servilio *Cajum* prænomen addit pro *Lucio*. Panvinius, Pighius et Goltzius Sp. Veturium filium putant Sp. Veturii, Decemviri Consularis anno ccciii; L. Servilius is est qui primum iniit Magistratum anno cccxxxi.

An. Urb.					
337	A. SEMPRONIVS . L. F. A. N. *AtratInus*	*III*	*M. Papirius ... F... N. Mugillanus . II*		Tr. Mil
	Q. FABIVS . Q. F. M. N	*VIbulanus*	*Sp. Nautius . Sp. F. Sp. N. Rutilus . II*		
338	P. CORNELIVS ... *F. P.* N	*Cossus*	*... Quinctius ... F... N.*	*Cincinnatus*	Tr. Mil
	C. VALERIVS . L. F. VOLVSI . N. *PotItus*	*Volusus*	*N. Fabius . Q. F. M. N.*	*VIbulanus*	
339	Q. FABIVS . Q. F. M. N. *VIbulanus*	*II*	*Cn. Cornelius ... F... N*	*Cossus*	Tr. Mil
	P. POSTVMIVS . A. F. A. N. *AlbInus*	*Regillensis*	*L. Valerius . L. F. P. N.*	*PotItus*	
340	*M. Cornelius ... F... N*	*Cossus*	*L. Furius . L. F. Sp. N*		*MedullInus*
	Cens. …	…	…		*Lustr. Fec. XV*
341	*Q. Fabius . M. F. Q. N*	*Ambustus*	*C. Furius . C. F... N*		*Pacilus*
342	*M. PapIrius ... F... N*	*Mugillanus*	*C. Nautius ... F... N*		*Rutilus*
343	*M'. Aimilius . Mam. F. M. N*	*MamercInus*	*C. Valerius . L. F. VolusI . N. PotIt. Volusus*		
344	*Cn. Cornelius* . A. F. M. N	*Cossus*	*L. Furius . L. F. Sp. N.*		MEDVLLIN. II
345	*C. Julius . L. F.* VOPISC*I* . N	IVLVS			Fragm. IIII
	P. Cornelius . A. F. M. N	COSSVS	TR. MIL		
	C. ServIlius . P. F. Q. N	AHALA			
	P. Cornelius . M. F. L. N	RVTILVS . COSSVS	DICT	REI . GERVNDAE . CAVSSA	
	C. ServIlius . P. F. Q. N	AHALA	MAG. EQ		
346	*C. Valerius . L. F. VolusI* . N	POTIT. VOLVSVS . II	C. SERVILIVS . P. F. Q. N. AHALA . II		TR. MIL
	L. Furius . L. F. Sp. N	MEDVLLINVS	N. FABIVS . Q. F. M. N. VIBVLANVS II		
347	*P. Cornelius . M. F. L. N*	*Ru*TILVS . COSSVS	L. VALERIVS . L. F. P. N. POTITVS . II		TR. MIL
	Cn. Cornelius . A. F. M. N	COSSVS	N. FABIVS . M. F. Q. N. AMBVSTVS		
348	*C. Julius . L. F. VopiscI . N*	IVLVS . II	M'. AIMILIVS . MAM. F. M. N. MAMERCINVS		
	T. Quinctius . T. F... N	*Capito*LIN . BARB	L. FVRIVS . L. F. SP. N. MEDVLLINVS . II		TR. MIL
	Q. Quinctius ... F... N	*Cinci*NNATVS	A. MANLIVS . A. F. CN. N. VVLSO . CAPITOLIN		
349	*P. Cornelius ... F... N*	*Mal*VGINENSIS	SP. NAVTIVS . SP. F. SP. N. RVTILVS . III		
	*Cn. Cornelius . A. F. M. N. Cos*SVS . II		C. VALERIVS . L. F. VOL. N. POTITVS . VOLVS. III		TR. MIL
	K. Fabius . M. F. Q. N	*Amb*VSTVS	M'. SER*gius . L. F. L. N*	FIDENAS	
350	*M'. Aimilius . Mam. F. M. N. MamercI*N	II	M. FVR*ius ... F... N*	FVSVS	
	*Ap. Claudius . Ap. F. Ap. N. Crassus . Inregille*NS		L. IVLI*us ... F... N*	IVLVS	TR. MIL
	M. QuinctIlius ... F... N	*Var*VS	L. VALERIVS . L. F. P. N. POTITVS . III		
	Cens. M. Furius ... F. N. Camillus		*M.* POSTVMIVS . A. F. A. N. ALBINVS . REGILLENS. L. F. XVI		
351	*C. ServIlius . P. F. Q. N*	*Ahala . III*	Q. SVLPICIVS . SER. F. SER. N. CAMERIN. CORNVT		
	Q. ServIlius . Q. F. P. N	*PrIscus . FIdenas*	A. MANLIVS . A. F. CN. N. VVLSO . CAPITOL. II		TR. MIL
	L. Verginius ... F... N. Tricost. Caelimontanus		M'. SERGIVS . L. F. L. N. FIDENAS . II		

A. CCCXXXVII. Duos etiam ex hujus anni Tribunis, nimirum A. Sempronium et Q. Fabium legimus in fragmento III. His Livius et Diodorus collegas addunt M. Papirium Mugillanum et Sp. Nautium Rutilum, quem primo fuisse jam vidimus anno CCCXXXIV.

A. CCCXXXVIII. P. Cornelium et C. Valerium novimus hoc anno Tribunos ex fragmento III; Collegas vero Quinctium Cincinnatum sine prænomine, et N. Fabium Vibulanum, ex Livio. Cincinnatum prænomine *Quincti* afficit Panvinius. Lucii filium, Lucii nepotem dicit Pighius. N. Fabius, Quincti filius, Marci nepos dicitur in fragmento IV, ad annum CCCXLVI.

A. CCCXXXIX. Præter Q. Fabium et P. Postumium, quos, ex fragmento III, Tribunos hoc anno fuisse cognovimus, Cn. Cornelium Cossum et L. Valerium Potitum nominat Livius; Diodorus *C. Cornelium* pro *Cn. Cornelio.* Nos Livio hærendum duximus, quem frequentius cum Capitolinis lapidibus respondere deprehendimus. Eumdem Cornelium *Marci filium*, *Marci nepotem* dicit Pighius; *Marci filium*, *Lucii nepotem* Goltzius. L. Valerium *Lucii* filium, Publii nepotem legimus ex fragmento IV, ad annos CCCXLVII et CCCL, quibus iterum ac tertium processit Tribunus Militum.

A. CCCXL. M. Cornelius Cossus, L. Furius Medullinus traduntur hoc anno Consules a Livio, Diodoro, Cassiodoro et Anonymo Norisiano. L. Furius *Lucii filius*, *Spurii nepos* dicitur in fragmento IV Capitolino, anno CCCXLVIII, quo iterum Tribunus Militum factus est. Licet nec de anno, nec de Censoribus constet, qui Lustrum fecerunt XV, quod tamen prætereundum hoc nobis non est, ideo Sigonium, Panvinium et Goltzium sequimur, quibus anno inter Lustra XIV et XVI medio idem placuit inscribere. Contra Pighius incidisse id putat in annum insequentem, additis etiam Censoribus *L. Sergio C. F. C. N. Fidenate*, et *Q. Servilio P. F. Sp. F. Prisco.*

A. CCCXLI. Ita ex Livio, Diodoro et Cassiodoro. Fasti Anonymi Q. Fabium *Vimillanum*, hoc est, Vibulanum vocant pro *Ambusto;* quod utrumque est Fabiorum cognomen. Perperam vero C. Furium *Philippi* cognomine afficiunt pro *Pacili*, quem nos cum Sigonio filium rati esse sumus C. Furii, Censoris anno CCCXVIII et Tribuni Militum anno CCCXXVII.

A. CCCXLII. Ita ex Livio, Diodoro, Cassiodoro, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. Solus, ut opinor, Goltzius prodit *Sp. Nautium Sp. Filium*, *Sp. Nepotem Rutilum* pro *C. Nautio.*

A. CCCXLIII. Ex Livio, Diodoro, Cassiodoro et Anonymo Norisiano. Quamquam corrigendi sunt Livius et Cassiodorus, ubi Æmilio *Marcum* prænomen inscribunt pro *Manio;* sic enim legitur in fragmento IV Capitolino, ad annos CCCXLVIII et CCCLII, nimirum : M'. AIMILIVS. MAM. F. M. N. MAMERCINVS. Hinc corrigendus est et Anonymus, qui *Mamertinum* prodit pro *Mamercino.*

A. CCCXLIV. Ita ex Livio, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. Cassiodorus mendose *Pompejum* prodit pro *Cornelio.* C. Valerius is est quem in fragmento III legimus Tribunum Militum anno CCCXXXVIII.

A. CCCXLV. Ita ex Diodoro, fragmento IV Capitolino et Anonymo Norisiano. Sola horum Consulum cognomina prodit Livius. C. Julium putamus cum Sigonio fuisse fratrem *C. Julii*, *Lucii filii*, *Vopisci Nepotis*, Tribuni Militum anno CCCLII. C. Servilius *Publii filius* dicitur in eodem fragmento, insequente anno CCCXLVI, quo iterum legitur Tribunus Militum. Unus est Goltzius, qui huic Tribuno, loco prænominis *Caji*, *Cneum* tribuit contra atque est in fragmento, ad eumdem annum. Nomina Dictatoris et Magistri Equitum, quos ibidem legimus, traduntur a Livio.

A. CCCXLVI. Ita ex fragmento IV et Livio, a quo produntur nomina Potiti Volusi II et Medullini. Hunc *Lucii filium*, *Spurii nepotem* novimus ex eodem fragmento, ad annum CCCXLVIII; alterum, *Lucii filium*, *Volusi nepotem*, ad annum CCCXLIX.

A. CCCXLVII. Ex fragmento IV et Livio, qui P. Cornelium eumdem esse ait, qui Dictator duobus ante annis fuerat. Cn. Cornelius alius est ab eo qui Tribunatum Militarem gessit anno CCCXXXIX, neque enim apposita hoc loco ei est iterati hujus honoris nota. Quare cum Sigonio opinamur eumdem esse qui Consul fuit anno CCCXLIV.

A. CCCXLVIII. Ita ex fragmento IV, nisi quod nomina Julii II, Barbati et Cincinnati nobis produntur a Livio. Fuerunt igitur C. Julius, is qui primum iniit magistratum anno CCCXLV; T. Quinctius, qui Consul fuerat anno CCCII, et Q. Quinctius, quem Panvinius, Goltzius et Pighius dicunt *Lucii filium*, *Lucii nepotem.*

A. CCCXLIX. Ita ex fragmento IV, exceptis nominibus Maluginensis, Cossi II et Ambusti, quæ tradidit Livius. Habemus ergo P. Cornelium, quem Panvinius, Pighius et Goltzius *Marci filium*, *Marci nepotem* dicunt; Cn. Cornelium, qui primum factus est anno CCCXLVII, et K. Fabium, quem ex eodem fragmento iterum factum fuisse legimus anno CCCLII. Apud Diodorum, pro K. Cornelio, legitur : Ἰούνιος Λούκουλος; M'. Sergius, Lucii filius, Lucii nepos dicitur in fragmento, ad annum CCCLI, quo iterum cepit hunc magistratum.

A. CCCL. Tres ex fragmento IV, ceteros ex Livio legimus hujus anni Tribunos Militum. M'. Æmilius is est qui primum Tribunatum gessit anno CCCXLVIII, tertium anno CCCLII. Ap. Claudius *Appii filius*, *Appii nepos*, multis locis dicitur apud Livium. Mendose apud Panvinium est *Publius* pro *Appio.* M. Postumius Censor mendose apud Livium inter Tribunos Militum recensetur. Hujus Censoris cum M. Furio Camillo meminerunt Plutarchus, et Valerius lib. 2, c. 3.

A. CCCLI. Cajus et Quinctus Servilii, et L. Verginius, Tribuni Militum, qui desiderantur in fragmento IV, produntur a Livio. C. Servilius, Publii filius, Quincti nepos dicitur in primo et secundo ejus Tribunatu a Capitolino lapide, ad annum CCCXLV et CCCXLVI; Q. Servilium, qui sexies fuit Tribunus, Q. Servilii Prisci Fidenatis, bis antea Dictatoris, filium dicimus cum Sigonio.

An. Urb.				
352	*L. Valerius . L. F. P. N*	*Potltus . IIII*	L. IVLIVS . L. F. VOPISCI . N IVLVS	
	M. Furius ... F... N	*Camillus*	M'. AIMILIVS . MAM. F. M. N. MAMERCIN. III	TR. MIL
	Cn. Cornelius . A. F. M. N	*Cossus . III*	K. FABIVS . M. F. Q. N. AMBVSTVS . II	
353	*P. Licinius ... F... N. Calvus . prlmus . e . plebe*		*P.* MAELIVS . SP. F. C. N. CAPITOLINVS	
	P. Mainius ... F... Nepos		*Sp. Furi*VS . L. F. SP. N. MEDVLLINVS	TR. MIL
	L. Titinius ... F... Nepos		*L. Publil*IVS . L. F. VOLER. N. PHILO . VVLSCVS	
354	*M. Pomponius ... F... Nepos*		*L. Atili*VS . K. F. K. N. LONGVS	
	C. Duilius ... F... Nepos		*M. Veturi*VS . TI. F. SP. N. CRASS. CICVRIN.	TR. MIL
	Cn. Genucius ... F... N	*Augurlnus*	*Volero . Publ*LILIVS . P. F. VOLER. N. PHILO	
355	*L. Valerius . L. F. P. N. Potltus*	*V*	*L. Furius . L.* F. SP. N. MEDVLLIN. III	
	M. Valerius ... F... N	*Maxumus*	*Q. Servllius . Q. F. P. N. Prlsc. Fldenas . II*	Tr. Mil
	M. Furius ... F... N. Camillus	*II*	*Q. Sulpicius . Ser. F. Ser. N. Camerln. Cornutus . II*	
356	*L. Julius . L. F. Vopiscl . N. Julus*	*II*	*L. Furius . L. F. Sp. N. Medullinus . IIII*	
	L. Sergius ... F... N	*Fldenas*	*A. Postumius ... F... N. Albln. Regillens*	Tr. Mil
	P. Cornelius ... F... N. Maluginensis . II		*A. Manlius . A. F. Cn. N. Vulso . Capitolln. III*	
		Vitio . factl . abdicarunt		
357	*P. Llclnius . F... N*	*Calvus II*	*L. Titinius ... F... Nepos . II*	
	Cn. Genucius ... F... N. Augurln. II. In. proel. oc. e		*P. Maelius . Sp. F. C. N. Capitolln. II*	Tr. Mil
	L. Atllius. K. F. K. N. Longus	*II*	*P. Mainius ... F... Nepos . II*	
	M. Furius ... F... N	*Camillus*	*Dict* *Rel . Gerundae . caussa*	
	P. Cornelius ... F... N	*Sclpio*	*Mag. Eq*	
358	*P. Cornelius ... F... N*	*Cossus*	*P. Cornelius ... F... N. Sclpio*	
	M. Valerius ... F... N. Maxumus	*II*	*K. Fabius . M. F. Q. N. Ambustus III*	Tr. Mil
	L. Furius . L. F. Sp. N. Medullnus	*V*	*Q. Servllius . Q. F. P. N. Prlscus . Fldenas . III*	
359	*M. Furius ... F... N. Camillus*	*III*	*L. Furius . L. F. Sp. N. Medullnus . VI*	
	C. Aimilius ... F... N	*Mamerclnus*	*L. Valerius ... F... N. Poplicola*	Tr. Mil
	Sp. Postumius ... F... N. Albln. Regillensis		*P. Cornelius ... F... N. Sclpio . II*	
360	*L. Lucretius ... F... N*	*Flavus*	*Ser. Sulpicius ... F... N*	*Camerlnus*
361	*L. Valerius . L. F. L. N*	*Potltus*	*M. Manlius ... F... N.*	*Capitollnus*
	Cens. C. Julius . L. F. Vopiscl . N.	*Julus*	*L. Paplrius ... F... N. Cursor . Lustr. fec. XVII*	
	In Mag. mortuus . est . in . ejus . loc. f. e			
	M. Cornelius ... F... N	*Maluginensis*		
362	*L. Lucretius ... F... N*	*Flavus*	*Ser. Sulpicius ... F... N. Camerlnus*	
	M. Aimilius ... F... N	*Mamerclnus*	*L. Furius . L. F. Sp. N. Medulln. VII*	Tr. Mil
	Agripp. Furius ... F... N	*Fusus*	*C. Aimilius ... F... N. Mamerclnus II*	
		Bellum . Gallicum . Senonicum		
363	*Q. Fabius . M. F. M. N*	*Ambustus*	*Q. Sulpicius ... F... N. Longus*	

A. CCCLII. Tres ex hujus anni Tribunis leguntur in fragmento IV; reliqui habentur ex Livio, quorum duos, nimirum L. Valerium et Cn. Cornelium, ex Tribunatibus per eos antea gestis descripsimus.

A. CCCLIII. Ex Livio et fragmento IV Capitolino.

A. CCCLIV. Ita ex Livio, Diodoro et fragmento IV Capitolino.

A. CCCLV. Ex Livio, Plutarcho in Camillo et Anonymo Norisiano. Mendose apud Diodorum recensentur inter hujus anni Tribunos Κλαύδιος Οὔγων, Μάριος Ἄππιος, hoc est *Claudius Ugo* et *Marius Appius*, pro *M. Valerio Maximo* et *L. Furio* L. F. SP. N. MEDVLLIN. III., quem legimus in fragmento IV. M. Valerium *Marci filium, Manii nepotem* dicunt Pighius et Goltzius. *Fidenas* II, nimirum Q. Servilius, Quincti filius, Publii nepos, quem Sigonius superesse ait in lapidibus Capitolinis, ab uno proditur Livio. Pighius opinatur hoc anno creatos fuisse Censores C. Valerium, Lucii filium, Volusi nepotem, Potitum Volusum et M. Æmilium, Mamerci filium, Marci nepotem, ab iisque Lustrum conditum XVII. Id Lustrum hoc anno, omissis Censorum nominibus, fatentur Panvinius et Goltzius. Nos vero cum Sigonio opinamur hoc Lustrum factum fuisse anno CCCLXI, quo, creatis C. Julio et L. Papirio Censoribus, *C. Julius*, ut ait Livius, *decessit, et in ejus locum M. Cornelius suffectus est : quæ res postea religioni fuit, quia eo Lustro Roma est capta ; nec deinde unquam in demortui locum Censor sufficitur.* Cum autem idem Livius narret anno CCCLXVII fuisse additas tribus Stellatinam, Tromentinam, Sabatinam et Arniensem; idcirco eo anno Lustrum XVIII factum fuisse dicimus. Præterea, cum idem scribat anno CCCLXXVI creatos fuisse Censores Sp. Servilium Priscum et Q. Clœlium Siculum, ab his conditum Lustrum XIX putabimus; itaque incidemus in Lustrum XX, quod ex fragmento VI Capitolino factum fuisse patet anno CCCXC.

A. CCCLVI. Ita ex Livio et Anonymo Norisiano. Tres hoc anno Tribunos probe descriptos inveneris apud Diodorum, tres fœde corruptos; nempe Σέξτον Κόνσιον, Κοι. Μάνλιον, Ἀνίτιον Κάμιλλον, loco *L. Julii, A. Manlii* et *L. Furii.* L. Sergium *Lucii filium, Caji nepotem* dicunt Panvinius, Pighius et Goltzius; A. Postumium *Marci filium, Auli nepotem* dicit Pighius. Omnes hoc anno ob Albani Lacus prodigium abdicasse auctor est Livius.

A. CCCLVII. Ita ex Livio et Diodoro, apud quem tamen Mænii prænomen est *Quinctus* pro *Publio.* De Dictatore et Magistro Equitum ita ex iisdem, præterea ex Plutarcho, Valerio lib. 4, cap. 1, Orosio, Eutropio, Gellio lib. 17, cap. 21, et Zonara.

A. CCCLVIII. Ex Livio, Diodoro et Anonymo Norisiano. Excipe apud Diodorum Cornelii Cossi prænomen, quod est *Servius* pro *Publio*; et apud Anonymum L. Furii cognomen, quod est *Medullinus* pro *Medullino.*

A. CCCLIX. Ita ex Livio. Anonymus duos tantum de more prodit, scilicet Camillum III et Publicolam; tres Diodorus, id est, M. Furium, C. Æmilium; tertium, Κάτλον Βῆρον, mendose tamen. L. Valerium Poplicolam, opinatur Goltzius fuisse filium L. Valerii Potiti, Tribuni Militum anno CCCXXXIX: Sp. Postumium *Marci filium* dicit Pighius.

A. CCCLX. De hujus anni Consulibus ita ex Livio, Cassiodoro et Fastis Siculis. *Potitus* et *Maluginensis* perperam produntur ab Anonymo. Ser. Sulpicium *Servii filium, Servii nepotem* dicit Goltzius.

A. CCCLXI. Ita ex Livio, Dionysio lib. 1, et Diodoro, quorum alter Manlio *Titi* prænomen tribuit pro *Marco*, alter *Auli.* Item ex Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. Eumdem Manlium *Auli filium, Auli nepotem* dicunt Panvinius, Pighius, Goltzius. De Censoribus, præterquam ea quorum meminit Diodorus lib. 1, et Plutarchus in Camillo, jam satis diximus ad annum CCCLV. M. Cornelium, Censorem demortui loco suffectum, *Marci filium, Marci nepotem*, dicunt Panvinius et Goltzius.

A. CCCLXII. Ita ex Livio et Diodoro, apud quem desideratur M. Æmilius et Agrippa Furius; L. Lucretium opinatur Panvinius fuisse filium L. Lucretii, Tribuni Militum anno CCCXXXVI, eique ob id *Tricipitinum* cognomen tribuit pro *Flavo. Tricipitinus* etiam legitur apud Anonymum. Nos vero Sigonium sequimur; nec enim apud Livium anno CCCLXVI, quo Magistratum iniit Tricipitinus, legitur iterati Tribunatus nota. Ser. Sulpicium *Ser. filium, Ser. nepotem* dicit Goltzius. Quem nos vero cum Pighio, Goltzio, Almelovenio, Stampa et Muratorio dicimus *Camerinum*, eum Sigonius et Panvinius rati sunt esse Ser. Sulpicium, qui in fragmento V Capitolino ad annum CCCLXXXII dicitur PrætEXT. III, et ad annum CCCLXXXIV PrætEXT. IIII : *neque enim alias*, ait Sigonius, *primi ejus Tribunatus locus reperitur.* At iisdem Pighio, Goltzio, Almelovenio, Stampæ et Muratorio primum Prætextati Tribunatum, qui tertium et quartum iniisse legitur in lapidibus Capitolinis, visum est referre ad annum CCCLXXII, quo inter ceteros Tribunos tradit Livius processisse C. Sulpicium atque hunc Servii, pro Caji prænomine, insignire ex rationibus a Pighio et Almelovenio allatis. M. Æmilium putant Panvinius, Pighius et Goltzius fuisse filium M. Æmilii, Tribuni Militum anno CCCL. Idem Agrippam Furium *Agrippæ filium, Spurii nepotem* dicunt.

A. CCCLXIII. Ex Livio, Diodoro et Anonymo Norisiano. Panvinius, Pighius et Goltzius putant Ser.

An. Urb.				
	K. Fabius . M. F. M. N	*Ambustus*	*Q. ServIlius . Q. F. P. N. PrIsc. FIdenas . IIII*	Tr. Mil
	C. Fabius . M. F. M. N	*Ambustus*	*Ser. Cornelius . . . F. . . N. Maluginensis*	
	M. Furius . . . F. . . . N	*Camillus . II*	*Dict*	*ReI . Gerundae . caussa*
	L. Valerius . L. F. L. N	*PotItus*	*Mag. Eq*	
364	*Hoc . anno . Dictator . et . Magister . Eq. Magistratum . sine . Cos. ex S. C. continuarunt*			
365	*L. Valerius . . . F. . . N. Poplicola*	*II*	*L. Verginius . . . F. . . N. Tricostus*	
	M. Cornelius . . . F. . . Nepos		*A. Manlius . A. F. A. N. CapitolIn*	Tr. Mil
	L. Aimilius . . . F. . . N	*MamercInus*	*L. Postumius . . . F. . . N. AlbIn. Regillensis*	
	M. Furius . . . F. . . N	*Camillus . III*	*Dict*	*ReI . Gerundae . caussa*
	C. Servilius . . . F. . . N	*Ahala*	*Mag. Eq*	
366	*T. Quinctius . . . F. . . N*	*Cincinnatus*	*Q. ServIlius . Q. F. P. N. PrIsc. FIdenas . V*	
	L. Julius . . . F. . . N	*Julus*	*L. AquIlius . . . F. . . N. Corvus*	Tr. Mil
	L. Lucretius . . . F. . . N	*TricipitInus*	*Ser. Sulpicius . . . F. . . N. Rufus*	
367	*L. PapIrius . . . F. . . N*	*Cursor*	*C. Sergius . . . F. . . N. FIdenas*	
	L. Aimilius . . . F. . . N. MamercInus	*II*	*L. Menenius . . . F. . . N. Lanatus*	Tr. Mil
	L. Valerius . . . F. . . N. Poplicola	*III*	*C. Cornelius . . . F. . . Nepos*	
	Cens.			*Lustr. fec. XVIII*
368	*M. Furius . . . F. . . N. Camillus*	*IIII*	*Ser. Cornelius . . . F. . . N. Maluginens. II*	
	Q. ServIlius . Q. F. P. N. PrIscus . FIdenas	*VI*	*L. Quinctius . . . F. . . N. Cincinnat*	Tr. Mil
	L. Horatius . . . F. . . N	*Pulvillus*	*P. Valerius . L. F. L. N. PotItus . Poplicola*	
369	*A. Manlius . A. F. A. N. CapitolInus*	*II*	*T. Quinctius . . . F. . . N. CapitolInus*	
	P. Cornelius . . . F. . . Nepos	*II*	*L. Quinctius . . . F. . . N. CapitolInus*	Tr. Mil
	L. PapIrius . . . F. . . N. Cursor	*II*	*C. Sergius . . . F. . . N. FIdenas . II*	
	A. Cornelius . F. . . N	*Cossus*	*Dict*	*Sed . Sedandae . et . R. G. C*
	T. Quinctius . . . F. . . N	*CapitolInus*	*Mag. Eq*	
370	*Ser. Cornelius . . . F. . . N. Maluginensis*	*III*	*P. Valerius . L. F. L. N. PotItus . Poplicola . II*	
	M. Furius . . . F. . . N. Camillus	*V*	*Ser. Sulpicius . . . F. N. Rufus . II*	Tr. Mil
	C. PapIrius . . . F. . . N	*Crassus*	*T. Quinctius . . . F. . . N. Cincinnatus . II*	
371	*L. Valerius . . . F. . . N. Poplicola*	*IIII*	*L. Lucretius . . . F. . . N. TricipitInus . II*	
	A. Manlius . A. F. A. N. CapitolInus	*III*	*L. Aimilius . . . F. N. MamercIn. III*	Tr. Mil
	Ser. Sulpicius . . . F. . . N. Rufus	*III*	*M. Trebonius . . . F. . . N. Flavus*	
372	*Sp. PapIrius . . . F. . . N*	*Crassus*	*Q. ServIlius . Q. F. Q. N. Prisc. FIdenas*	

Cornelium fuisse filium M. Cornelii Maluginensis, Tribuni Militum anno cccxvii. De M. Furio Camillo Dictatore et L. Valerio Mag. Equitum late Livius, Diodorus, Plutarchus, Eutropius, Polyænus lib. 8, Florus, Plinius lib. 34, cap. 1, Orosius et Zonaras. L. Valerius, Magister Equitum, utrum *Poplicola* sit qui Tribunus Militum fuit anno ccclix, an L. Valerius *Potitus,* Consul anno ccclxi, exploratum non est; quamquam Sigonius putat *Potitum* esse, quod hujus recentior mentio est apud Livium.

A. ccclxiv. Ita Pighius, Goltzius, Almelovenius, Stampa et Muratorius; Sigonius vero retrahit in hunc annum Tribunos Militares anni insequentis, et sic deinceps usque ad annum ccclxxvi, post quem usque ad annum ccclxxxii quadriennalem Magistratuum solitudinem statuit. Eum autem lapsum, tum quod spectat ad hos Magistratus ita retro trahendos, tum ad eorum solitudinem diserte docet Pighius. Nec enim negotium facessit quod, cum M. Furius priore anno ccclxiii fuerit Dictator *iterum*, hoc anno *tertium* dici debeat, insequenti anno IV, et *quinctum* anno ccclxxxv, quo tamen *quartum* fuisse legitur in fragmento vi Capitolino. Verum, licet Camillus præcedenti anno ccclxiii, Dictator II fuerit, eum hoc anno III dici vetat historia; iniit enim Magistratum *iterum* quidem anno ccclxiii, sed septimo post creatos Tribunos Militum mense, nec nisi exacto integro Dictaturæ anno abdicavit; quare constat, in insequentem annum, hoc est, in præsentem continuasse, atque hinc *tertium* dici non posse.

A. ccclxv. Ita ex Livio, Diodoro, apud quem tamen deest L. Æmilius, Anonymo Norisiano, et Macrobio Saturn. lib. 1, a quo suspicatur Sigonius mendose *Cælium* prodi pro *Cornelio.* Hunc *Publii filium*, *Publii nepotem*, *Cossum* dicit Pighius, eodemque cognomine produnt Stampa et Muratorius. L. Æmilium *Lucii filium* vocant Panvinius, Pighius et Goltzius. L. Postumium *Publii filium*, *Auli nepotem* Pighius. Nos autem cum Sigonio A. Manlium patrem esse rati sumus P. Manlii qui, in fragmento iv ad annum ccclxxxvi, dicitur : A. F. A. N. CAPITOLINVS . TR. MIL. III. Et vero *Auli filius* dicitur etiam in subjecto exemplo Senatus Consulti, pertinentis ad hunc annum, exculpti literis antiquissimis in Tabula Ænea reperta Tibure ad S. Laurentii et Romam advecta; in qua et alter ex Tribunis L. Postumius, *Spurii filius*, contra Pighium descriptus est.

L. CORNELIVS. CN. F. PR. SEN. CONS. A. D. III. NONAS. MAIAS. SVB. AEDE. KASTORIS
SCR. ADF. A. MANLIVS . A. F. SEX. IVLVS . L. POSTVMIVS . SP. F
QVOD . TEIBVRTES . V. F. QVIBVSQ. DE. REBVS . VOS . PVRGAVISTIS . EA . SENATVS
ANIMVM . ADVORTIT . ITA . VTI . AEQVOM . FVIT . NOSQVE . EA . ITA . AVDIVERAMVS
VT . VOS . DEIXISTIS . VOBEIS . NONTIATA . ESSE . EA . NOS . ANIMVM . NOSTRVM
NON . INDOVCEBAMVS . ITA . FACTA . ESSE . PROPTEREA . QVOD . SCIBAMVS
EA . VOS . MERITO . NOSTRO . FACERE . NON . POTVISSE . NEQVE . VOS . DIGNOS . ESSE
QVEI . EA . FACERETIS . NEQVE . ID . VOBIS . NEQVE . REI . POPLICAE . NOSTRAE
OITILE . ESSE . FACERE . ET . POSTQVAM . VOSTRA . VERBA . SENATVS . AVDIVIT
TANTO . MAGIS . ANIMVM . NOSTRVM . INDOVCIMVS . ITA . VTEI . ANTE
ARBITRABAMVR . DE . EIEIS . REBVS . AF . VOBIS . PECCATVM . NON . ESSE
QVONQVE . DE . EIEIS . REBVS . SENATVI . PVRGATI . ESTIS . CREDIMVS . VOSQVE
ANIMVM . VOSTRVM . INDOVCERE . OPORTET . ITEM . VOS . POPVLO
ROMANO . PVRGATOS . FORE. Hanc Gruterus retulit pag. cdxcix.

De Dictatore M. Furio III et Cajo Servilio Ahala Magistro Equitum hoc eodem anno creatis, constat ex Livio, Plutarcho, Orosio lib. 4, et Eutropio. Servilium hunc Panvinius, Pighius et Goltzius opinantur fuisse filium C. Servilii, Tribuni Militum anno cccxlv, cccxlvi, cccli. Cur non potius idem?

A. ccclxvi. Ita ex Livio. Servilio apud Diodorum prænomen est *Lucius* pro *Quincto;* Lucretio cognomen Ἄγγος pro Tricipitino. T. Quinctium *Titi filium*, *Lucii nepotem* dicunt Panvinius, Pighius et Goltzius. L. Julium Panvinius et Goltzius putant filium Lucii Julii, Tribuni Militaris anno ccclii et ccclvi; Pighius vero *Caji filium* eum dicit. Panvinius L. Lucretio Tricipitino addit notam iterati Tribunatus ex rationibus supra deductis ad annum ccclxii.

A. ccclxvii. Ita ex Livio, apud quem desideratur nomen Sexti Tribuni, id est C. Cornelii. Hunc Sigonius in scholiis Livianis restituit. Diodorus *C. Servilium* prodit pro *C. Sergio*, et *Q. Fabium* pro *L. Æmilio.* Duorum cognomina tradit Anonymus, nimirum *Cursorem* et *Lanatum.* Nos cum ceteris Fastorum concinnatoribus Livio subscribimus, quem Diodoro castigatiorem deprehendimus. C. Sergium putat Pighius fuisse fratrem L. Sergii, Tribuni Militum anno cccxx, cccxxix et cccxxxv. Idem opinatur L. Memmium fuisse filium L. Memmii, Consulis anno cccxiii; C. vero Cornelium, Cn. Cornelii, Tribuni Militum anno cccxlix. Lustrum hoc anno factum fuisse jam diximus ad annum ccclv; Censores qui fuerint compertum non est.

A. ccclxviii. Ex Livio et Anonymo Norisiano. Diodorus quatuor tantum habet, quos inter Cornelio *Marci* prænomen tribuit pro *Servii.* Panvinius, Pighius et Goltzius opinantur L. Quinctium fuisse filium T. Quinctii Penni Cincinnati, Consulis anno cccxxv; P. Valerius L. F. L. N. POTITVS . POPLICOLA dicitur in sexto ejus Tribunatu in lapide Capitolino ad annum ccclxxxvi.

A. ccclxviiii. Ita ex Livio et Diodoro, apud quem exciderunt A. Manlius, Ser. Cornelius et C. Sergius. Hunc ex Livio eumdem esse deprehendimus qui *primum* fuit anno cccxlvii, *tertium* vero erit anno ccclxxiii; T. Quinctium putat Pighius filium esse Titi Quinctii Capitolini Barbati, Consulis anno cccxxxii. De Dictatore et Magistro Equitum constat ex eodem Livio. T. Quinctium, non Dictatorem, sed Magistrum Equitum creatum scribit Livius in Camillo. A. Cornelium Dictatorem *Auli filium* dicit Goltzius.

A. ccclxx. Ita ex Livio. Duos ex hujus anni Tribunis omittit Diodorus; ex quatuor autem, quos recenset, Cornelio *Marcum* prænomen tribuit pro *Servio*, Papirio *Lucium* pro *Cajo.*

A. ccclxxi. Ex Livio. Duo vel potius tres ex hujus anni Tribunis omittuntur a Diodoro, nempe L. Lucretius, L. Æmilius, M. Trebonius. Hunc autem putat Sigonius eum esse quem ille Crispum cognominat.

A. ccclxxii. Ita ex Livio et Anonymo Norisiano. Verumtamen Livius Sulpicium *Caji* vocat prænomine pro *Servii;* nos Servium dicimus ex allata superius caussa ad annum ccclxii; Sigonius vero et Panvinius eumdem et *Cajum* et *Marci filium*, *Quinctii nepotem Peticum* dicunt; Sp. Papirium *Caji filium* vocat Goltzius, L. Papirium *Lucii filium*, *Lucii nepotem* Pighius.

L. PapIrius . . . F . . . N — Crassus — Ser. Sulpicius . M. F . . . N. Praetextat — Tr. Mil
Ser. Cornelius . . . F . . . N. Maluginensis — $\overline{IIII}$ — L. Aimilius . F . . . N. MamercIn. $\overline{IIII}$

373 M. Furius . . . F . . . N. Camillus — $\overline{VI}$ — L. Furius . Sp. F. L. N. MedullInus
A. Postumius . . . F . . . N — AlbInus . Regillensis — L. Postumius . . . F . . . N. AlbIn. Regillens. $\overline{II}$ — Tr. Mil
L. Lucretius . . . F . . . N. TricipitInus — $\overline{III}$ — M. Fabius . K. F. M. N. Ambustus

374 L. Valerius . . . F . . . N. Poplicola — $\overline{V}$ — L. Menenius . . . F . . . N. Lanatus . $\overline{II}$
P. Valerius . L. F. L. N. PotItus . Poplicola — $\overline{III}$ — Ser. Cornelius . . . F . . . N. Maluginens. $\overline{V}$ — Tr. Mil
C. Sergius . . . F . . . N. FIdenas — $\overline{III}$ — Sp. PapIrius . L. F . . . N. Cursor
Cens. C. Sulpicius . . . F . . . N — CamerInus — Sp. Postumius . . . F . . . N. AlbInus . Regillensis
Abdicavit — In . Mag. mortuus . est
In . eorum . locum . factI . sunt
. . . . vitio . factI . abdicarunt

T. Quinctius . . . F . . . N — Cincinnatus — Dict — ReI . Gerundae . caussa
A. Sempronius . . . F . . . N — AtratInus — Mag. Eq

375 P. Manlius . A. F. A. N — CapitolInus — C. SextIlius . . . F . . . Nepos
C. Manlius . . . F . . . N — CapitolInus — M. AlbInius . . . F . . . Nepos — Tr. Mil
L. Julius . . . F . . . N. Julus — $\overline{II}$ — L. Antistius . . . F. Nepos . hei . tres . e . plebe

376 Sp. Furius . Sp. F. L. N — MedullInus — P. Cloelius . . . F . . . N. Siculus
Q. ServIlius . Q. F. Q. N. PrIscus . FIdenas — $\overline{II}$ — M. Horatius . . . F . . . N. Pulvillus — Tr. Mil
C. LIcInius . . . F . . . N — Calvus — L. Geganius . . . F . . . N. MacerInus
Cens. Sp. ServIlius . . . F . . . N — PrIscus — Q. Cloelius . . . F . . . N. Siculus . Lustrum . fec. XIX

377 L. Aimilius . . . F . . . N. MamercInus — $\overline{V}$ — Ser. Sulpicius . M. F . . . N. Praetextat. $\overline{II}$
P. Valerius . L. F. L. N. PotItus . Poplicola — $\overline{IV}$ — L. Quinctius . . . F . . . N. Cincinnat. $\overline{II}$ — Tr. Mil
C. Veturius . . . F . . . N — Crassus . CicurInus — C. Quinctius . . . F . . . N. Cincinnatus

Eodem . anno

C. LIcInius . C. F. P. N — Calvus — Tr. Pl
L. Sextius . Sex. F. N. N — SextIn. Lateranus

378 C. LIcInius . C. F. P. N — Calvus . $\overline{II}$ — Tr. Pl
L. Sextius . Sex. F. N. N — SextIn. Lateranus . $\overline{II}$

379 C. LIcInius . C. F. P. N — Calvus . $\overline{III}$ — Tr. Pl
L. Sextius . Sex. F. N. N — SextIn. Lateranus . $\overline{III}$

380 C. LIcInius . C. F. P. N — Calvus . $\overline{IIII}$ — Tr. Pl
L. Sextius . Sex. F. N. N — SextIn. Lateranus . $\overline{IIII}$

381 C. LIcInius . C. F. P. N — Calvus . $\overline{V}$ — Tr. Pl
L. Sextius . Sex. F. N. N — SextIn. Lateranus . $\overline{V}$

Heis . Comitia . Tribunorum . Militum . tollentibus . quadriennio . Magistratuum . Curulium . SolItudo . fuit . nec . ante
Seditio . sedata . est . quam . X. inde . anno . quo . M. Furius . . . F . . . N. Camillus . Dictator . fACTVS . EST Fragm. v
QuI . Concordiae . aedem . ex . S. C. posuit . eT . DEDICAVIT

382 L. Furius . Sp. F. L. N. MedullInus — $\overline{II}$ — P. Valerius . L. F. L. N. POPLICOLA . $\overline{V}$
A. Manlius . A. F. A. N. CapitolInus — $\overline{IIII}$ — Ser. Sulpicius . . . F . . . N. PraetEXT. $\overline{III}$ — TR. MIL
C. Valerius . . . F . . . N — PotItus — Ser. Cornelius . . . F . . . N. MaLVGINENS. $\overline{VI}$

A. CCCLXXIII. Ita ex Livio, Diodoro et Plutarcho in Camillo. L. Furium putat Sigonius alium esse ab eo qui postremo, nimirum anno CCCLXII, fuit Tribunus Militum VII; eumdem autem ac eum qui in Censura fragmenti VI, ad annum CCCXC, dicitur : L. FVRIVS. SP. F. L. N. MEDVLLIN. *Juvenis enim hoc anno*, ait Sigonius ex Livio, *cum sene Camillo contendit*. M. Fabium exornavimus ex eodem fragmento VI, in secundo Tribunatu quem gessit anno CCCLXXXII.

A. CCCLXXIIII. Ita ex Livio. Octo autem hoc anno Tribuni Militum produntur a Diodoro : nimirum L. et P. Valerii et L. Menenius, quos habet et Livius; T. Papirius, quem Livius Sp. Papirium appellat; C. Terentius, L. Æmilius, M. Fabius, et C. Sulpicius, quem ex Livio Censorem hoc anno, non Tribunum legimus, Sp. Papirii filius apud Sigonium : L. PAPIRIVS. SP. F. L. N. CVRSOR, quem ita legimus in fragmento XXXIX Triumphorum, anno CDXXIX; Censorem alterum tradit Livius fuisse Sp. Postumium Regillensem; quo mortuo in Magistratu, et Collega abdicante, alii vitio facti sunt, qui Magistratum non gesserunt. Ab eodem Dictator et Magister Equitum proditur, quorum meminere etiam Eutropius, Eusebius et Orosius. Magistrum Equitum putat Goltzius esse filium A. Sempronii, Tribuni Militum $\overline{III}$ anno CCCXXXVII.

A. CCCLXXV. Hos ex Livio et Anonymo Norisiano novimus hoc anno Tribunos Militum; quibus C. Erenucius et P. Trebonius adduntur a Diodoro. P. MANLIVS . A. F. A. N. CAPITOLINVS scribitur in fragmento VI Capitolino anno CCCLXXXVI, quo iterum processit Tribunus Militum. Pighius C. Manlium ejus fratrem fuisse putat.

A. CCCLXXVI. Ita ex Livio; apud quem, loco *Lucii Menenii* $\overline{III}$, legendum *C. Licinius* docet in Scholiis Livianis Sigonius, quem ceteri Fastorum concinnatores sequuntur. Livio accedunt Diodorus et Anonymus Norisianus. Eumdem Licinium putant Panvinius et Goltzius fuisse filium P. Licinii Calvi, Tribuni Militum anno CCCLII, ac patrem fuisse C. Licinii, Tribuni plebis annis sequentibus. De Censoribus et Lustro superius egimus ad annum CCCLVII.

A. CCCLXXVII, CCCLXXVIII, CCCLXXIX, CCCLXXX, CCCLXXXI. De Tribunis Militaribus creatis anno CCCLXXVII, ita ex Livio et Anonymo Norisiano. Eosdem prodit Diodorus, exceptis *P. Valerio* et *C. Quinctio*, pro quibus *C. Valerium* et *C. Cornelium* substituit. L. Æmilium, cui notam quincti Tribunatus adimit Livius, eum esse arbitramur cum Sigonio, qui quater Tribunatum antea gesserat; Ser. Sulpicium et L. Quinctium, qui semel : quamquam his etiam iterati Tribunatus notam adimit Livius. C. Veturium putat Goltzius esse filium M. Veturii, Tribuni Militum anno CCCLIV. Contra Pighius *Caji filium*, *Titi nepotem* dicit. Idem C. Quinctium *Titi filium* appellat ejus qui, anno CCCXXXIII, fuit iterum Tribunus Militum. Nomina Tribunorum Plebis, ad quos per quinquennium administratio Reipublicæ recidit, produnt Livius, Eutropius et Cassiodorus. Iis, pro commodis Plebis et altero Consulum e plebe creando certantibus, quatuor Magistratus annos tribuit hic auctor, ut cum Livio consentiat, qui quadriennio Magistratuum Curulium solitudinem fuisse tradit, omisso nempe anno CCCLXXVII, quo Tribuni Militum fuerant. C. Licinium, alterum ex Tribunis Plebis, *Stolonem* cognominat Livius. Nos cum Sigonio ceterisque recentioribus *Calvum* appellamus; sic enim legimus in fragmento VI Capitolino ad annum CCCLXXXIX, quo idem Licinius Consul e plebe creatus est.

A. CCCLXXXII. Ita ex Livio, fragmento V Capitolino et Anonymo Norisiano. Diodorus quatuor hoc anno Tribunos Militum prodit, nimirum L. Papirium, L. Menenium, Ser. Sulpicium, et Ser. Cornelium, quibus Magistratu abeuntibus, denuo Magistratuum solitudinem fuisse scribit; eaque sublata,

An. Urb.				
383	*Q. ServIlius . Q. F. Q. N. PrIscus . FIdenas*	*III*	*M. Cornelius ... F... N. Mal*VGINENSIS	
	C. Veturius ... F... N. Crassus . CIcurInus	*II*	*Q. Quinctius ... F... N. Cincinnatus*	Tr. Mil
	A. Cornelius ... F... N	COSSVS	M. FABIVS . K. F. M. N. AMBVS*tus* . *II*	
384	*L. Quinctius ... F.... N*	*Ca*PITOLIN	SP. SERVILIVS . C. F. C. N	STRVCTVS (Fragm. vi.)
	Ser. Cornelius ... F... N	*Ma*LVGIN. VII	L. PAPIRIVS . SP. F. C. N. CR*as*SVS	TR. MIL
	Ser. Sulpicius ... F... N	*Praet*EXTAT. IIII	L. VETVRIVS . L. F. SP. N. CRA*s*SVS . CICVRINVS	
385	*M. Furius ... F... N*	*Cami*LLVS . IIII	DICT	REI . GERVNDAE . CAVSSA
	L. Aimilius . L. F... N	*MA*MERCINVS	MAG. EQ	
	*Post . Edictu*M . IN . MILITES . EX . S. C. ABDICARVNT .		IN . EORVM . LOCVM . FACTI . SVNT	
	P. Manlius . A. F. A. N	CAPITOLINVS	DICT	SEDITIONIS . SEDANDAE . ET . R. G. C
	*C. LIcInius ... F... N. Calvus . PrI*MVS . E . PLEBE		MAG. EQ	
386	*A. Cornelius ... F... N*	*Co*SSVS . II	L. VETVRIVS . L. F. SP. N. CRASSVS	CICVRINVS . II
	M. Cornelius ... F... N	*MA*LVGINENS . II	P. VALERIVS . L. F. L. N. POTITVS . PO*pl*ICOLA . VI	TR. MIL
	M. Geganius ... F... N	*MA*CERINVS	P. MANLIVS . A. F. A. N	CAPITOLINVS . II
	M. Furius ... F... N	CAMILLVS . V	DICT	REI . GERVNDAE . CAVSSA
	T. Quinctius ... F... N	*Cincin*NATVS . CAPITOLINVS	MAG. EQ	
	*Consules . e . P*lEBE . PRIMVM . CREARI . COEPTI			
387	*L. Aimilius . L. F... N*	*Ma*MERCINVS . L. SEXTIVS	SEX. F. N. N. SEXTIN. LATERAN. PRIMVS . E . PLEBE	
	Cens... Postumius ... F... N. REGILLENSIS . ALBINVS		C. SVLPICIVS . M. F. Q. N	PETICVS
388	*L. Genucius . M. F. Cn. N*	*Ave*NTIN ENSIS	Q. SERVILIVS . Q. F. Q. N	AHALA
389	*C. Sulpicius . M. F. Q. N*	PETICVS	C. LICINIVS . C. F. P. N	CALVVS
390	*L. Aimilius . L. F... N*	*Ma*MERCINVS . II	CN. GENVCIVS . M. F. M. N	AVENTIN ENSIS
	L. Manlius . A. F. A. N	*CapitolIn.* IMPERIOSSVS	DICT	CLAVI . FIG. CAVSSA
	L. Pinarius ... F... N	NATTA	MAG. EQ	
	Cens. M. Fabius . K. F. M. N	AMBVSTVS	L. FVRIVS . SP. F. L. NEPOS . MEDVLLIN. L. F. XX	
391	*Q. ServIlius . Q. F. Q. N*	AHALA . II	L. GENVCIVS . M. F. CN. N. AVENTINENS. II	
	Ap. Claudius . P. F. Ap. N	*Cr*ASSVS . INREGILLENSIS	DICT	REI . GERVNDAE . CAVSSA
	P. Cornelius ... F... N	SCAPVLA	MAG. EQ	
392	*C. LIcInius ... F... N*	STOLO	C. SVLPICIVS . M. F. Q. N. PETICVS	II
	*T. Quinctius ... F... N. Barbat*VS . CAPITOLINVS . CRISPINVS		DICT	REI . GERVND. CAVSSA
	Ser. Cornelius . Ser. F. M. N. MALVGINENSIS		MAG. EQ	
393	*M. Fabius . N. F. M. N*	AMBVSTVS	C. POETELIVS . C. F. Q. N. LIBO . VISOLVS	
	Q. ServIlius . Q. F. Q. N	AHALA	DICT	REI . GERVND. CAVSSA
	T. Quinctius ... F... N. Barbat. CAPITOLIN. CRISPINVS		MAG. EQ	
394	*M. Popillius . M. F. C. N*	LAENAS	CN. MANLIVS . L. F. A. N. CAPITOLIN. IMPERIOSS	
395	*C. Fabius ... F... N*	*Amb*VSTVS	C. PLAVTIVS . P. F. P. N	PROCVLVS

creatos fuisse Tribunos Militum L. Furium, Ser. Sulpicium, Ser. Cornelium; *est enim mira*, ait Sigonius, *apud illum annorum et Magistratuum perturbatio*. L. Furium putamus, cum eodem Sigonio, eumdem esse qui *primum* iniit anno CCCLXXIII; A. Manlium, qui *tertium* fuit anno CCCLXXI, fratrem P. Manlii, Dictatoris anno CCCLXXXV; C. Valerium *Caji filium, Publii nepotem* dicit Pighius.

A. CCCLXXXIII. Ita ex Livio, Diodoro, qui Q. Quinctium non nominat, fragmentis V et VI Capitolinis et Anonymo Norisiano. M. Cornelium opinatur Panvinius fuisse filium M. Cornelii, Censoris suffecti anno CCCLXI; contra Pighius, P. Cornelii, Tribuni Militum anno CCCXLIX. Idem cum Goltzio Q. Quinctium Q. Quinctii, Tribuni Militum anno CCCXLVIII, filium putat. A. Cornelium *Auli filium, Marci nepotem* dicit Goltzius; *Publii filium*, Pighius.

A. CCCLXXXIV. Ex Livio, fragmento VI Capitolino et Anonymo Norisiano. Tres ex hujus anni Tribunis edit Diodorus; nempe T. Quinctium, Ser. Cornelium et Ser. Sulpicium.

A. CCCLXXXV. Ex fragmento VI Capitolino, Livio et Plutarcho. Magistrum Equitum L. Æmiliium putamus cum Sigonio patrem esse L. Æmilii, qui, in eodem fragmento VI, part. II, ad annum CDXXXVII, dicitur: L. F. L. N. MAMERC. PRIVERN. II . DICT.

A. CCCLXXXVI. Ex fragmento VI, Livio, Anonymo Norisiano, Plutarcho, Polyæno lib. 8, Appiano et Zonara. Camillum, Dictatorem V, retrahunt in hunc annum cum Sigonius tum ceteri recentiores Fastorum concinnatores. Nos vero moniti linea fragmenti VI inter eumdem Camillum V, Macerinum et P. Manlium, hanc ejusdem Dictaturam in insequentem annum rejicimus: quapropter in supplemento fragmenti V ad annum CCCLXXXI, ubi Goltzius ait seditionem non ante sedatam fuisse quam nono anno impotentiæ Tribunorum Plebis, nos anno decimo sedatam diximus.

A. CCCLXXXVII. Ita ex fragmento VI Capitolino, Livio, Diodoro, Cassiodoro, Plutarcho et Anonymo Norisiano. Postumius Censor utrum *Aulus* fuerit an *Lucius* compertum non est. *Aulum* fuisse putat Pighius. Livius, de rebus insequenti anno gestis agens, auctor est alterum ex Censoribus pestilentia occubuisse, ac proinde Lustrum factum non fuisse.

A. CCCLXXXVIII. Ita ex fragmento VI. L. Genucium protulimus ex fragmento VI ad annum CCCXCI, quo iterum Consul factus est. Fragmento adstipulantur Livius, Diodorus, Cassiodorus, Orosius, Eutropius, Zonaras et Anonymus Norisianus.

A. CCCLXXXIX. Ita ex fragmento VI, ex quo et Peticum *exornavimus*, nimirum ex secundo Consulatu, quem gessit anno CCCXCII. Eosdem hoc anno Consules produnt Livius, Diodorus, Cassiodorus, Plutarchus in Problematis, Fasti Siculi et Anonymi Norisiani.

A. CCCXC. Ex fragmento VI, Livio, Diodoro, Cassiodoro et Anonymo Norisiano, Dictatoris et Magistri Equitum cognominibus, quæ leguntur in eodem fragmento, nomen adjunximus ex Livio; nempe L. Manlium, quem *Auli filium* dicit Cicero De offic., et L. Pinarium. Censorem Ambustum putamus cum Sigonio esse M. Fabium Cæsonis filium, Marci nepotem, qui, anno CCCLXXIII, Tribunus Militum fuerat cum Collega L. Furio.

A. CCCXCI. Ita ex fragmento VI, ex quo descripta sunt etiam cognomina, ut habentur in primo ejus Consulatu anno CCCLXXXVIII. Accedunt huic lapidi Livius et Diodorus, quanquam is Genucio prænomen *Quinctum* tribuit pro *Lucio*; item Cassiodorus, Fasti Siculi et Anonymi Norisiani. Quoties Claudiorum aliquis occurrit in Fastis, *Regillensis* dictus est a recentioribus, familiari nempe Postumiæ gentis cognomine. Hinc Ap. Claudium, quem hoc anno Dictatorem prodit Livius, alii Crassum, alii Crassin. *Regillensem* dixere. Utrosque tamen lapsos arguit idem fragmentum, in quo ipsius Appii cognomina CrASSVS . INREGILLENSIS luculentissime leguntur insculpta. Idque arguere videtur Anonymus, ubi Claudios vocat *Irreligienses*, nimirum *Irregillenses*; Postumios vero *Regeleses*, hoc est *Regillenses*. De Magistro Equitum sic ait Sigonius ad hunc annum: *Magistrum Equitum nullum nominat Livius; fuisse tamen aliquem fragmenta Capitolina declarant, in quibus est pro Magistro Equitum syllaba SCI, quæ est prima cognominis Scipio. Hunc autem fuisse existimo L. Cornelium Scipionem qui post Dictaturam cepit.* Scipionem prodit etiam Panvinius, qui eamdem syllabam SCI legit, non quidem in marmore, ubi legitur SCAPVLA, sed a Marliano ex marmore oscitanter transcriptam. Hunc igitur Scapulam opinamur cum Pighio, Goltzio, Almelovenio, Stampa et Muratorio, esse P. Cornelium Consulem anno CDXXV.

A. CCCXCII. Ita ex fragmento VI, Diodoro, Cassiodoro et Anonymo Norisiano. Cum C. Licinium, prius Tribunum Plebis, ac deinde Consulem anno CCCLXXXIX, *Stolonem* cognominaverit Livius; C. vero Licinium hoc anno Consulem, *Calvum*, contra atque est in fragmento; placuit Sigonio ut hanc Livium inter et fragmentum discrepantiam conciliaret, de duobus hisce Consulibus unum facere, eique hoc anno iterati Consulatus notam addere. Sigonium sequuntur Stampa et Muratorius. Veruntamen hujusmodi notam in fragmento non legimus; quidquid sit de Livii discrepantia, quam ex annalium varietate, non ex duplici unius cognomine ortam putamus. Dictatoris et Magistri Equitum cognominibus quæ leguntur in fragmento nomina addidimus ex eodem Livio; quanquam hic T. Quinctio Pennum cognomen adjiciat, quod, ut ait Sigonius, non Capitolinorum fuit, sed Cincinnatorum. Quare vox illa VS, quæ in fragmento fuit extrema primi cognominis ejusdem Quinctii, ad cognomen *Barbatus* attinuisse putamus cum eodem Sigonio. Contra Stampa et Muratorius, ut Livium cum fragmento componant, eumdem Dictatorem *Pennum Capitolinum Crispinum* nominant.

A. CCCXCIII. Ita ex fragmento VI, et fragmento XXXVII Triumphorum, in quo legitur: M. FABIVS. N. F. M. N. AMBVSTVS . COS. AN. CCCXCIII. Eosdem Consules produnt Livius et Cassiodorus, qui Pœtelio *Balbum* cognomen tribuunt pro Libone Visolo. Diodorus pro *Pœtelio Publium* tradit. Ahalam, quem ex fragmento VI Dictatorem hoc anno legimus, Q. Servilium esse, qui sexennio ante Consul fuit, docet Livius. Idem T. Quinctium, priore anno Dictatorem, nunc Magistrum Equitum scribit.

A. CCCXCIV. Ex fragmento VI, Livio, Diodoro, Cassiodoro et Cicerone in Bruto. M. Popillius M. F. C. N. dicitur in fragmento XXXIX Triumphorum ad ANN. CDIII, quo III COS. fuit.

A. CCCXCV. Ex fragmento VI, Livio, Cassiodoro et Fastis Siculis. Diodorus *M. Fabium* prodit, et *C. Plotium*. C. Fabium putat Pighius esse filium K. Fabii, Tribuni Militaris III anno CCCLVIII. C. Sulpicium Dictatorem et M. Valerium Magistrum Equitum produnt Livius et fragmentum XXXIX Triumphorum, ubi legitur: C. SVLPICIVS . M. F. Q. N. PETICVS . DICT. ANN. CCCXCV. Magistrum Equitum opinatur Pighius fuisse filium P. Valerii Potiti Poplicolæ, Tribuni Militaris VI anno CCCXCVI. Lustrum XXI conjecimus in hunc annum, quo additæ sunt, Livio teste, reliquis tribubus Pontina et Poblilia. Censorum alterum opinatur Panvinius fuisse M. Fabium qui Consul fuerat anno CCCXCIII.

An. Urb.					
	C. Sulpicius . M. F. Q. N	Peticus	Dict	Rel . Gerundae . caussa	
	M. Valerius ... F... N	Poplicola	Mag. Eq		
	Cens.			Lustr. Fec. XXI	
396	C. Marcius . L. F. C. N.	Rutilus	Cn. Manlius . L. F. A. N	CapitolIn. Imperiossus . II	
397	M. Fabius. N. F. M. N	Ambustus . II	M. Popillius . M. F. C. N	Laenas . II	
	C. Marcius . L. F. C. N. Rutilus . prImus . e . plebe		Dict	Rel . Gerund. caussa	
	C. Plautius . P. F. P. N. Proculus		Mag. Eq		
398	C. Sulpicius . M. F. Q. N	Peticus . III	M. Valerius ... F... N	Poplicola	
399	M. Fabius . N. F. M. N	Ambustus . III	T. Quinctius ... F... N. Barbat. CapitolIn. CrIspIn		
400	C. Sulpicius . M. F. Q. N	Peticus . IIII	M. Valerius ... F... N	Poplicola . II	
	T. Manlius . L. F. A. N. Imperiossus . Torquatus		Dict	Rel . Gerundae . caussa	
	A. Cornelius . P. F. A. N. Cossus . ArvIna		Mag. Eq		
401	P. Valerius ... F... N	Poplicola	C. Marcius . L. F. C. N	Rutilus . II	
	C. Julius ... F... N	Julus	Dict	Rel . Gerundae . caussa	
	L. Aimilius . L. F. L. N	MamercInus	Mag. Eq		
	Qui . postea . PrIvernas . appel. est				
402	C. Sulpicius . M. F. Q. N	Peticus . V	T. Quinctius ... F... N. Pennus . Cincinnatus		
	Cens. Cn. Manlius . L. F. A. N. CapitolIn. Imperiossus		C. Marcius . L. F. C. N. Rutilus . L. F. XXII		
	M. Fabius . N. F. M. N	Ambustus	Dict	Comit. hab. caussa	
	Q. ServIlius . Q. F. Q. N	Ahala	Mag. Eq		
403	M. Popillius . M. F. C. N	Laenas . III	L. Cornelius ... F... N	ScIpio	Fragm. VII.
	L. Furius . M. F... N	Camillus	Dict	Comit. habend. caussa	
	P. Cornelius ... F... N	ScIpio	MaG. EQ		
404	L. Furius . M. F... N	Camillus	P. ClAVDIVS . P. F. Ap. N. Crassus . INREGILlens		
	T. Manlius . L. F. A. N. Imperioss. Torquat. II		... BIIT. DICT	COMIT. HABEND. CAVSsa	
	A. Cornelius . P. F. A. N. Cossus . ArvIna . II		MAG. EQ		
405	M. Popillius . M. F. C. N	Laenas . IIII	M. ValERIVS . M. F. M. N	CORVVS	
	C. Claudius . Ap. F. C. N. Crassus	Inregillensis	DICT	COMIT. HABEND. CAVSSA	
	C. LIvius ... F... N	Denter	Mag. Eq		
406	C. Plautius ... F... N	Venno . Hypsaeus	T. Manlius . L. F. A. N	ImpeRIOSS. TORQVAT	
407	M. Valerius . M. F. M. N	Corvus . II	C. Poetelius . Q. F. Q. N	Libo . VISOLVS	
	Cens.			Lustrum . Fecer. XXIII	
408	M. Fabius ... F... N	Dorso	Ser. Sulpicius ... F... N	CamerInus	
	L. Furius . M. F... N	Camillus . II	Dict.	Rel . Gerundae . caussa	
	Cn. Manlius . L. F. A. N	CapitolIn. Imperiossus	Mag. Eq		
409	C. Marcius . L. F. C. N. Rutilus	III	T. Manlius . L. F. A. N. Imperioss. Torquatus	II	
	P. Valerius . P. F. L. N	Poplicola	Dict	Feriar. Latinar. caussa	
	Q. Fabius ... F... N	Ambustus	Mag. Eq		

Bellum . SamnIticum

410	M. Valerius . M. F. M. N	Corvus . III	A. Cornelius . P. F. A. N	Cossus . ArvIna	
411	Q. ServIlius . Q. F. Q. N	Ahala	C. Marcius . L. F. C. N	Rutilus . IIII	
	M. Valerius . M. F. M. N	Corvus	Dict	Rel . Gerundae . caussa	
	L. Aimilius . L. F. L. N	MamercIn. PrIvernas . II	Mag. Eq		

A. CCCXCVI. Ex Livio, Diodoro, Cassiodoro, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani et fragmento XXXIX Triumphorum, ubi descriptus est C. MARCIVS . L. F. C. N. RVTILVS . COS. ANN. CCCXCVI.

A. CCCXCVII. Ex Livio, Diodoro, Cassiodoro, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. De Dictatore et Magistro Equitum sic ex Livio, Orosio, Eutropio et fragmento XXXIX Triumphorum, in quo legitur : C. MARCIVS . L. F. C. N. RVTILVS . DICT. ANN. CCCXCVII.

A. CCCXCVIII. Ex Livio, Diodoro, Cassiodoro, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani.

A. CCCXCIX. Ex Livio, Diodoro, Cassiodoro, Solino ex Nepote, Anonymo Norisiano et fragmento XXXIX Triumphorum, ex quo M. Fabium Consulem descripsimus. In quibusdam Annalibus, ait Livius, se pro *T. Quinctio M. Popillium* invenisse.

A. CD. Ex Livio, Diodoro, Cassiodoro et Anonymo Norisiano. T. Manlium Dictatorem et A. Cornelium Magistrum Equitum prodit Livius. Uterque desumptus est ex fragmento XXXIX Triumphorum ad ann. CDX et CDXIII.

A. CDI. Ex Livio, Cassiodoro et Anonymo Norisiano. Diodorus vero *M. Fabium* prodit et *P. Valerium*. Hunc *Publii filium*, *Lucii nepotem* dicunt Pighius et Goltzius. De Dictatore et Magistro Equitum auctor est Livius. Dictatorem *Lucii filium* dicunt iidem Pighius et Goltzius. De Dictatore et Magistro Equitum auctor est Livius. Dictatorem *Lucii filium* dicunt iidem Pighius et Goltzius. L. Æmilium putat Sigonius eumdem esse qui in fragmento XXXIX dicitur : L. F. MAMERC. PRIVERNAS . Cos. II. ANN. CDXXIV.

A. CDII. Ex Livio, Cassiodoro et Anonymo Norisiano. Quinctio Penno alii *Cæsonem*, alii *Cajum* prænomen adjiciunt. Eumdem *Publii filium* dicit Pighius. De Censoribus ita Livius et Eutropius. Dictatorem et Magistrum Equitum produnt Livius et Valerius lib. 2, cap. 2, utrumque ex anteactis Consulatibus cognitum.

A. CDIII. Ex Livio, Cassiodoro, Anonymo Norisiano et Fastis Siculis. M. PopilLIVS . M. F. C. N. COS. III. ANN. CDIII descriptus est in fragmento XXXIX Triumphorum. Diodorus Cornelio *Cajum* prænomen tribuit pro *Lucio*. Eumdem *Publii filium* dicit Pighius. De Dictatore et Magistro Equitum testis est Livius. Eorum vestigia apparent etiam in fragmento VII Capitolino. Magistrum Equitum Cornelii, hoc anno Consulis, fratrem esse putat Pighius.

A. CDIV. Ex Livio, Cassiodoro, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani, fragmento VII Capitolino, Cicerone in Catone, et Gellio lib. 9, cap. 11. De Dictatore et Magistro Equitum ita ex iisdem Livio et fragmento VII.

A. CDV. Ex Livio, Cassiodoro, fragmento VII Capitolino, Anonymo Norisiano, Valerio, Eutropio, et Gellio lib. 9, cap. 11. Dictatoris et Magistri Equitum vestigia apparent ex eodem fragmento VII nomina vero frustra quæsivimus apud veteres, eaque referimus quæ ex Panvinii conjectura produntur a ceteris Fastorum concinnatoribus, Sigonio excepto.

A. CDVI. Ita ex Livio, Cassiodoro, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani et fragmento VII. Cognomen Hypsæum Vennoni addidimus ex nummo argenteo apud Lauredanos, quem produxit Pighius ad annum CDXII. Consulem hunc filium C. Plautii, Consulis anno CCCXCV, putant Panvinius et Goltzius.

A. CDVII. Ex Livio, Cassiodoro, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani, fragmento VII et fragmento XXXIX Triumphorum, ubi legitur : M. ValERIVS . M. F. M. N. CORVVS . COS. II. ANN. CDVII. Item ex fragmento VI, part. II, ad annum CDXL, quo C. Pœtelius Dictator dicitur : Q. F. Q. N. LIBO . VISOLVS. Horum Consulum meminit etiam Censorinus, ubi de Ludis Sæcularibus agit, quos hoc anno, ex eodem auctore et Commentariis Xvirorum sic Pighius describit : *Ludi Sæculares iterum, M. Fabio N. F. M. N. Ambusto, C. Julio L. F. C. N., Julo Mag. Xvir. ex S. C. facti.* Censores hoc anno nullos nominat Livius. Creatos tamen septem annis antequam T. Manlius Torquatus III Consul in filium animadverteret narrat Eusebius, eoque lustro millia CLX civium censa. Id ipsum arguit quinquennale spatium inter hunc annum et superius Lustrum intercedens.

A. CDVIII. Ita ex Livio, Cassiodoro et Fastis Siculis. Anonymus *Dorsuonem* prodit et *Rufum*. Dorsonem *Caji filium* dicit Pighius. Dictator et Magister Equitum produntur a Livio.

A. CDIX. Ex Livio, Diodoro, Cassiodoro, Frontino Stratagem. lib. 1, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. De Dictatore et Magistro Equitum ita ex Livio. Q. Fabium, Magistrum Equitum, putat Pighius fuisse filium Q. Fabii, Tribuni Mil. anno CCCLXIII.

A. CDX. Ex fragmento XXXIX Triumphorum, ubi legitur : M. ValeRIVS . M. F. M. N. CORVVS . COS. III. ANN. CDX. A. CORNELIVS . P. F. A. N. COSSVS . ARVINA . COS. AN. CDX. Item ex Livio, Diodoro, Cassiodoro, Cicerone de Divinat., Fastis Siculis et Anonymi Norisiani.

A. CDXI. Ex Livio, Diodoro, Cassiodoro, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. Q. Servilium putamus cum Sigonio eum esse qui Magister Equitum fuerat anno CDII. De Dictatore qui superiore anno Consul fuit, et Magistro Equitum qui fuit anno CDI, constat ex Livio.

An. Urb.				
412	*L. Aimilius . L. F. L. N. MamercIn. PrIvernas*		*C. Plautius ... F... N*	*Venno . Hypsaeus . II*
413	*T. Manlius . L. F. A. N. Imperioss. Torquat*	*III*	*P. Decius . Q. F... N. Mus. quI . se . devovit*	
	L. PapIrius . L. F. M. N. Crassus . Idem . quI . Praetor . erat		*Dict. RelI . Gerundae . caussa*	
	L. PapIrius . Sp. F. L. N	*Cursor*	*Mag. Eq*	
414	*Ti. Aimilius ... F... N*	*MamercInus*	*Q. PublIlius . Q. F. Q. N*	*Philo*
	Q. PublIlius . Q. F. Q. N	*Philo*	*Dict RelI . Gerundae . caussa*	
	D. Junius ... F... N	*Brutus . Scaeva*	*Mag. Eq*	
415	*L. Furius . Sp. F. M. N*	*Camillus*	*C. Mainius . P. F. P. Nepos*	
416	*C. Sulpicius . Ser. F. Q. N*	*Longus*	*P. Ailius ... F... N*	*Paitus*
	C. Claudius . Ap. F. Ap. N. Crassus	*Inregillensis . II*	*Dict RelI . Gerundae . caussa*	
	C. Claudius ... F... N	*Hortator*	*Mag. Eq*	
		Vitio . factI .	*abdicarunt*	
417	*L. PapIrius . L. F. M. N*	*Crassus*	*K. DuIlius ... F... Nepos*	
418	*M. Valerius . M. F. M. N*	*Corvus . IIII*	*M. AtIlius . M. F... N*	*Regulus*
	L. Aimilius . L. F. L. N	*MamercInus . PrIvernas*	*Dict Comit. Habend. caussa*	
	Q. PoblIlius . Q. F. Q. N	*Philo*	*Mag. Eq*	
419	*T. Veturius ... F... N*	*CalvInus*	*Sp. Postumius ... F... N*	*AlbInus*
	P. Cornelius ... F... N	*RufInus*	*Dict RelI . Gerundae . caussa*	
	M. Antonius ... F	*... Nepos*	*Mag. Eq*	
420	*L. PapIrius ... F... N*	*Cursor*	*C. Poetelius . C. F. C. N*	*Libo . Visólus*
421	*A. Cornelius . P. F. A. N*	*Cossus . Arvina . II*	*Cn. Domitius ... F... N*	*CalvInus*
	M. PapIrius . L. F. M. N	*Crassus*	*Dict RelI . Gerundae . caussa*	
	P. Valerius . P. F. L. N	*Poplicola*	*Mag. Eq*	
	Cens. Q. PublIlius . Q. F. Q. N	*Philo*	*Sp. Postumius ... F... N*	*AlbInus . L. F. XXIIII*
422	*C. Valerius ... F... N*	*PotItus . Flaccus*	*M. Claudius ... F... N*	*Marcellus*
	Cn. QuinctIlius ... F... N	*Varus*	*Dict ClavI . Figend. caussa*	
	L. Valerius ... F... N	*PotItus*	*Mag. Eq*	
423	*L. PapIrius . L. F. M. N*	*Crassus . II*	*L. Plautius . L. F*	*Venno*
424	*L. Aimilius . L. F. L. N*	*MamercIn. PrIvernas . II*	*C. Plautius . P. F. P. N*	*Decianus*
425	*P. Cornelius ... F... N*	*Scapula*	*C. Plautius . C. F. C. N*	*Proculus . Venno*
			QuI . postea . Venox . appellatus . est	
426	*L. Cornelius ... F... N*	*Lentulus*	*Q. PublIlius . Q. F. Q. N*	*Philo . II*
	M. Claudius ... F... N	*Marcellus*	*Dict Comit. Hab. caussa*	
	Sp. Postumius ... F... N	*AlbInus*	*Mag. Eq*	
		Vitio . factI .	*abdicarunt*	
427	*L. PapIrius . Sp. F. L. N*	*Cursor*	*C. Poetelius . C. F. C. N*	*Libo . Visólus . II*
428	*L. Furius . Sp. F. M. N*	*Camillus . II*	*D. Junius ... F.... N*	*Brutus . Scaeva*
	L. PapIrius . Sp. F. L. N	*Cursor*	*Dict RelI . Gerundae . caussa*	
	Q. Fabius . M. F. N. N. Maxim. Rullian. Coact. abd. in . e . l. f. e		*Mag. Eq*	
	L. PapIrius . L. F. M . N	*Crassus*	*Mag. Eq*	

A. cdxii. Ex Livio, Diodoro, Cassiodoro, Plautio, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. L. Æmilius L. F. L. N. MAMERC. PRIVERNAS dicitur in secunda Dictatura ex Capitolino fragmento vi, part. ii, ad annum cdxxxvii.

A. cdxiii. Ex Livio, Diodoro, Cassiodoro, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani, Valerio lib. 5, c. 15, Plinio lib. 22, cap. 5, Floro De bello Latino, Zonara, et fragmento xxxix Triumphorum, ubi legitur : T. MANLIVS . L. F. A. N. IMPERIOSSVS . TORQVAT. COS. III. AN. CDXIII. P. Decium *Quincti filium* vocat Cicero de Divinat. lib. 1, in quo cohæret cum fragmento vi, part. ii, ubi hujus filius P. F. Q. N. appellatur. Dictatorem et Magistrum Equitum prodit Livius. Dictatoris meminit etiam Cicero ad Pætum. Eum nos ex Censura Capitolina, quam gessit anno cdxxxv, suis omnibus nominibus insignitum damus; Magistrum autem Equitum ex fragmento xxxix Triumphorum ad annum cdxxix, quo Dictator triumphavit.

A. cdxiv. Ex Livio, Diodoro, Cassiodoro, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani et fragmento xxxix Triumphorum, ubi legitur : Q. PVBLILIVS . Q. F. Q. N. PHILO . COS. ANNO . CDXIV. Alterum hoc anno Consulem, Dictatorem dictum a Conlega, tradit Livius, et a Dictatore Magistrum Equitum dictum D. Junium, qui Consul erit anno cdxxviii.

A. cdxv. Ex fragmento xxxix Triumphorum, quocum concordant veteres Scriptores et Fastorum concinnatores.

A. cdxvi. Ex Livio, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. C. Sulpicius et L. Papirius produntur a Diodoro. C. Sulpicium descripsimus ex fragmento vi, part. ii, ad annum cdxxxix, quo Consul III factus est. De Dictatore et Magistro Equitum constat ex Livio. Dictatorem putamus cum Sigonio patrem esse Appii Claudii qui, in eodem fragmento vi, part. ii, ad annum cdxlvi, dicitur *Caji filius, Appii nepos.*

A. cdxvii. Ex Livio, Diodoro, Cassiodoro, Fastis Siculis, et Cicerone ad Pætum. Fasti Anonymi mendose *Hellam* produnt pro *Duilio.* Hunc *Cæsonis filium* dicit Pighius. L. Papirius is est quem Dictatorem anno cdxiii suis nominibus exornavimus ex Censura quam gessit anno cdxxxv.

A. ccxviii. Ex Livio, Diodoro, Cassiodoro, Fastis Siculis et fragmento xxxix Triumphorum, ubi legitur : M. VALERIVS . M. F. M. N. CORVVS . COS. IV. AN. CDXIIX. Anonymus Norisianus *Cælenum* prodit pro *Regulo.* Hunc putamus cum Sigonio patrem esse M. Atilii, qui, in fragmento xli Triumphorum ad annum cdlix dicitur : M. F. M. N. REGVLVS. De Dictatore qui anno cdxii Consul fuit et Magistro Equitum constat ex Livio.

A. cdxix. Ex Livio, Diodoro, Cassiodoro et Zonara, qui Veturio *Tiberii* prænomen tribuit pro *Tito.* Anonymus *Caudinum* prodit pro *Albino.* De Dictatore et Magistro Equitum constat ex Livio.

A. cdxx. Ex Solino, quem Pighius, Goltzius, Almelovenius, Stampa et Muratorius sequuntur. L. Papirium putant Pighius et Goltzius esse filium Sp. Papirii, Tribuni Mil. anno ccclxxiv; C. Poetilium eum esse censuimus qui fuit Dictator anno cdxl. Contra Sigonius et Panvinius putant hoc anno Rempublicam sine Consulibus fuisse, quod nulli, ut ajunt, traditi fuerint a veteribus. Utrique favere videtur Anonymus, apud quem legitur : *Hoc anno Dictatores non fuerunt;* sic enim ab eo vocantur Consules.

A. cdxxi. Ita ex Livio, Cassiodoro, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani. Diodorus vero Domitium *Caji* donat prænomine. *Ego tamen*, ait Sigonius, *Cn. Domitium malim*, ut sit pater C. Domitii Cn. F. Calvini, Ædilis Curulis, cujus meminit Livius anno cdlv, et Plinius lib. 33, cap. 1. De Dictatore et Magistro Equitum auctor est Livius. Dictatorem putamus cum Sigonio fratrem esse L. Papirii Crassi, Dictatoris anno cdxiii; Magistrum Equitum eumdem esse opinamur qui Dictator fuit anno cdix. Contra Pighius eum vocat *Publii filium*; Goltzius, *Publii filium*, *Publii nepotem.*

A. cdxxii. Ex Livio, Diodoro, Cassiodoro, Orosio, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. C. Valerium *Caji filium* dicit Pighius. De Dictatore et Magistro Equitum constat ex Livio. Magistrum Equitum *Publii filium*, *Publii nepotem* dicit Panvinius; *Lucii filium*, Pighius.

A. cdxxiii. Ex Livio, Diodoro, Cassiodoro, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. L. Plautium putamus cum Sigonio patrem esse L. Plautii, qui in fragmento vi, part. ii, ad annum cccxxxv, dicitur *Lucii filius*, *Lucii nepos Venno.*

A. cdxxiv. Ita ex Livio, Cassiodoro, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani et fragmento xxxix Triumphorum, ubi leguntur : L. AIMILIVS . L. F. L. N. MAMERCIN. PRIVERNAS . COS. II. AN. CDXXIV. C. PLAVTIVS . P. F. P. N. DECIANVS . COS. ANN. CDXXIV.

A. cdxxv. Ex Livio et Cassiodoro. *P. Cornelium* et *A. Postumium* prodit Diodorus; *Vennonem* et *Scipionem* Fasti Siculi; *Decianum* II et *Barbatum* Anonymus Norisianus. P. Cornelium *Publii filium* dicit Pighius. C. Plautium putamus cum Goltzio eum esse qui in fragmento vi, part. ii, anno cdxli, erit Censor. Contra arbitratur Sigonius filium esse Caji Plautii Publii filii, Publii nepotis Proculi, Consulis anno cccxcv.

A. cdxxvi. Ex Livio, Diodoro, Cassiodoro, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani et fragmento xxxix Triumphorum, ubi legitur : Q. PVBLILIVS . Q. F. Q. N. PHILO . PRIMVS . PRO . COS. AN. CDXXVII. L. Cornelium *Lucii filium* dicit Pighius. Dictatori et Magistro Equitum testis est Livius.

A. cdxxvii. Ita ex Livio, Solino, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani et fragmento vi, part. ii, ad annum cdxxxviii, quo L. Papirius SP. F. L. N. CVRSOR. IIII. Consul dicitur.

A. cdxxviii. Ex Livio, Diodoro, Cassiodoro, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. De Dictatore et Magistro Equitum abdicante, atque altero in ejus locum suffecto, constat ex Livio, Eutropio, Valerio lib. 2, et eo qui scripsit De viris illustribus. L. Papirium Crassum, Magistrum Equitum suffectum, opinamur cum Sigonio eumdem esse cujus Dictatoris anno cdxiii Cursor Magister Equitum fuerat. Q. Fabium, cui Magistratus est abrogatus, descripsimus ex fragmento vi, part. ii, ad annum cdxxxviii, quo Dictator fuisse legitur.

429 *Hoc . anno . Dictator . et . Magister . Equitum . Magistrat. sine . Cos. ex . S. C. continuarunt*

430 *C. Sulpicius . Ser. F. Q. N. Longus* $\overline{II}$ — *Q. Aulius . Q. F. Ai. N* — *Cerretanus*

431 *Q. Fabius . M. F. N. N. Maxim. Rullianus* — *L. Fulvius . L. F. L. N* — *Curvus*

A. Cornelius . P. F. A. N — *Cossus . ArvIna* — *Dict* } *Ludor. Rom. caussa*
M. Fabius . M. F. N. N — *Ambustus* — *Mag. Eq* }

432 *T. Veturius ... F... N* — *CalvInus .* $\overline{II}$ — *Sp. Postumius ... F... N* — *AlbInus .* $\overline{II}$

Q. Fabius ... F. .. N — *Ambustus* — *Dict* } *Comit. Hab. caussa*
P. Ailius ... F... N — *Paitus* — *Mag. Eq* }

Vitio . factI . abdicarunt . in . eorum . loc. factI . sunt

M. Aimilius ... F... N — *Papus* — *Dict* } *Comit. Hab. caussa*
L. Valerius ... F... N — *Flaccus* — *Mag. Eq* }

433 L. *PapIrius . Sp. F. L. N* — *Cursor .* $\overline{II}$ — *Q. PublIlius . Q. F. Q. N* — *Philo .* $\overline{III}$

C. MA*inius . P. F. P. Nepos* — *Dict* } *R. G. C* — *Abd. in eor. loc. factI . sunt* — Fragm. v part. II
M. FOS*lius . C. F. M. N. Flaccinator* — *Mag. Eq* }

L. CORN*elius ... F. .. N* — *Lentulus* — *Dict* } *R. G. C* — *Abd. in . cor. loc. factI . sunt*
L. PAPIRIV*s . Sp. F. L. N. Cursor .* $\overline{II}$ — *Mag. Eq* }

T. MANLI*us . L. F. A. N* — *Imperioss. Torquatus .* $\overline{III}$ — *Dict* } *Com. Hab. caussa*
L. PAPIRIV*s . L. F. M. N* — *Crassus* — *Mag. Eq* }

434 L. PAPIRIVS . *Sp. F. L. N* — *Cursor .* $\overline{III}$ — *Q. Aulius . Q. F. Ai. N* — *Cerretanus .* $\overline{II}$

CENS. .... — *C. Sulpi*CIVS *. Ser. F. Q. N* — *Longus* — Fragm. vi part. II

435 L. PLAVTIVS . L. F. L. N — VENNO — M. FOSLIVS . C. F. M. N — FLACCINA*tor*

CENS. L. PAPIRIVS . L. F. M. N. CRASSVS . C. MAINIVS . P. F. P. N. LVSTRVM . FECER. XXV

436 Q. AIMILIVS . Q. F. L. N — BARBVLA — C. IVNIVS . C. F. C. N. BVBVLCVS . BRVTV*s*

437 SP. NAVTIVS . SP. F. SP. N — RVTILVS — M. POPILLIVS. M. F. M. N. LAENAS

L. AIMILIVS . L. F. L. N. MAMERC. PRIVERNAS . $\overline{II}$ — DICT } REI . GERVND. C
L. FVLVIVS . L. F. L. N — CVRVVS — MAG. EQ }

438 L. PAPIRIVS . SP. F. L. N — CVRSOR . $\overline{IIII}$ — Q. POBLILIVS . Q. F. Q. N. PHILO . $\overline{IIII}$

Q. FABIVS . M. F. N. N. MAXIMVS . RVLLIANVS — DICT } R. G. C.
Q. AVLIVS . Q. F. AI. N. CERRETAN. IN . PROELIO . OCCISVS . EST . IN . EIVS . L. F. EST — MAG. EQ }
C. FABIVS . M. F. N. N. AMBVSTVS — MAG. EQ

439 M. POETELIVS . M. F. M. N — LIBO — C. SVLPICIVS . SER. F. Q. N. LONGVS — $\overline{III}$

C. MAINIVS . P. F. P. N — $\overline{II}$ — DICT } REI . GERVND. CAVSSA
M. FOSLIVS . C. F. M. N. FLACCINATOR — $\overline{II}$ — MAG. EQ }

440 CDXL. L. PAPIRIVS . SP. F. L. N — CVRSOR . $\overline{V}$ — C. IVNIVS . C. F. C. N. BVBVLCVS . BRVTVS — $\overline{II}$

C. POETELIVS . C. F. C. N. LIBO . VISOLVS — DICT } REI . GERVND. CAVSSA
M. M. F. M. N — LIBO — MAG. EQ }

441 M. VALERIVS . M. F. M. N — MAXIMVS — P. DECIVS P. F. Q. N — MVS

C. SVLPICIVS . SER. F. Q. N — LONGVS — DICT } REI . GERVND. CAVSSA
C. IVNIVS . C. F. C. N. BVBVLCVS . BRVTVS — MAG. EQ }

CENS. AP. CLAVDIVS . C. F. AP. N. CAECVS — C. PLAVTIVS . C. F. C. N. QVI . IN . HOC HONORE . VENOX . APPELLATVS . EST — L. F. XXVI

442 C. IVNIVS . C. F. C. N. BVBVLCVS . BRVTVS — $\overline{III}$ — Q. AIMILIVS . Q. F. L. N — BARBVLA . $\overline{II}$

443 Q. FABIVS . M. F. N. N. MAXIM. RVLLIAN. — $\overline{II}$ — C. MARCIVS . C. F. L. N. RVTILVS . QVI . POSTEA CENSORINVS . APPELLATVS . EST

444 L. PAPIRIVS . SP. F. L. N. CVRSOR . $\overline{II}$ — DICT } REI . GERVND. CAVSSA
C. IVNIVS . C. F. C. N. BVBVLCVS . BRVTVS . $\overline{II}$ — MAG. EQ }

HOC . ANNO . DICTATOR . ET . MAGISTER . EQ. SINE . COS. FVERVNT

A. CDXXIX. Ita ex Livio et fragmento XXXIX, ubi legitur : L. PAPIRIVS . SP. F. L. N. CVRSOR. DICT. ANN. CDXXIX. Goltzius deceptus a Delphinio, a quo perperam in Capitolio dispositum est fragmentum IX, nempe infra VII, putat hoc anno creatos fuisse Censores quorum nullus veterum meminit; ac proinde fragmentum IX. quod ex nominum vestigiis quæ præ se fert compertum est spectare ad annum CDLII et CDLIV retulit ad annum CDXXVIII, CDXXIX, CDXXX et CDXXXI, vestigiumque nominis ÆMILIVS, quem videbimus Magistrum Equitum anno CDLII, prave vertit in PapIRIVS, quem anno CDXXVIII Magistratu se abdicasse jam legimus.

A. CDXXX. Ex Livio, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. Q. Aulius descriptus a nobis ita est ex fragmento VI, part. II, ad annum CDXXXVIII, quo, Magister Equitum creatus, in prœlio occisus est. Eumdem *Quinti filium*, *Marci nepotem* dicit Pighius; *Quincti filium*, *Quincti nepotem*, Goltzius.

A. CDXXXI. Ita ex fragmento XXXIX Triumphorum, quocum concordant Livius, Cassiodorus et Anonymus Norisianus. Contra Fasti Siculi suggerunt *Cursorem* et *Syllam*. Dictator et Magister Equitum sic produntur a Livio.

A. CDXXXII. Ex Livio, Cicerone lib. 3 De offic., Cassiodoro, Zonara, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. De Dictatoribus et Magistris Equitum anni hujus sic constat ex Livio. Priorem Dictatorem, nempe Q. Fabium *Quincti filium* dicit Pighius, ejusque Magistrum Equitum P. Ælium *Publii filium*, cui Goltzius addit *Publii nepotem*.

A. CDXXXIII. Ita ex Livio, Cassiodoro, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. Tres hoc anno Dictatores cum tribus Magistris Equitum fuisse auctor est Livius; et ita apparet ex fragmento V Capitolino, part. II, quorum primi duo iterum processere anno CDXXXIX, ut legitur ex fragmento VI, part. II.

A. CDXXXIV. Ex Livio, Cassiodoro et Fastis Siculis. Ambigi ait Livius, utrum hoc anno L. Papirius Cursor $\overline{III}$ Consul factus sit an L. Papirius Mugillanus. Hinc *Murillanum* pro *Mugillano* cum Cerretano edunt Fasti Anonymi. Verum *Cursor* probatur Verrio Flacco ex fragmento XXXIX Triumphorum. Censores hoc anno fuisse eorumque alterum C. Sulpicium Longum, virum Consularem, arguit fragmentum VI, part. II; Lustrum vero factum non fuisse conjicimus ex XXV, quod insequenti anno factum legitur ex eodem fragmento.

Ab anno CDXXXV usque ad annum CDXLVI. Magistratus integros habemus in fragmento VI, part. II, quocum fere consentiunt auctores supra relati. Nomen Marci, Marci filii, Marci nepotis, Libonis, Magistri Equitum anno CDXL, Pœtelium fuisse suadet spatium quod in fragmento interest inter M. prænomen et M. F. agnomen, respondetque huic eidem nomini superioris lineæ, a scalptore heic quoque operis urgendi gratia præterito, ut factum animadvertimus ad annum CCCXXXV. Exstat apud Gruter., pag. XXVI, fragmentum lapideæ inscriptionis notatum num. II, quod sic habet : P. DECIVS . DECI . F. PRIMVM . COS. DE . SAMNITIBVS . TRIVMPHANS . SPOLIA . EX . IEIS . CERERI . CONSECRAVIT . ITERVM . ET . TERTIVM . CONSVL. .... Aut spurius lapis hic est, aut Verrius noster indiligens, qui P. Decii, Consulis anno CDXLI, triumphum omisit, cumque egisse tradit alterum hoc anno Consulem M. Valerium, ut apparet ex fragmento XXXIX Capitolino. Cum autem epigrammati Gruteriano faveat auctor De viris illustribus, et Capitolino fragmento Livius, ubi ait, M. Valerio reliquias Samnitici belli persequente, P. Decium ægrum Romæ restitisse, quid sentiendum sit prudentes viri dijudicent.

An. Urb.					
445	P. DECIVS . P. F. Q. N	MVS . II	Q. FABIVS . M. F. N. N. MAXIM. RVLLIAN. III		Fragm. VI. part. II.
446	AP. CLAVDIVS . C. F. AP. N	CAECVS	L. VOLVMNIVS . C. F. C. N. FLAMMA . VIOLENS		
	CENS. M. VALERIVS . M. F. M. N	MAXIMVS	C. IVNIVS . C. F. C. N. BVBVLCVS . BRVtus . L. F. XXVII		
447	Q. Marcius . Q. F. Q. N	TRemVLVS	P. CORNelius . A. F. P. N	ArvIna	Fragm. VIII.
	L. Cornelius . Cn. F. . . N	SCIPIO . BARBATVS	Dict	Comit. Habend. caussa	
	P. Decius . P. F. Q. N	MVS	Mag. Eq		
448	L. Postumius . L. F. Sp. N	MEGELLVS	TI. MInucius . . . F. . . N	AugurInus	
			In proelio . occIsus . est . in . ejus . loc. f. e		
			M. Fulvius . L. F. L. N	Curvus . PaitInus	
449	P. Sempronius . P. F C. N	SOPHVS	P. Sulpicius . Ser. F. P. N	Saverrio	
	Cens. Q. Fabius . M. F. N. N	MAXIM. RVLLIANVs	P. Decius . P. F. Q. N. Mus. Lustr. Fec. XXVIII		
450	Ser. Cornelius . CN. F. CN. N	LENTVLVS	L. Genucius . . . F. . . N	AventInensis	
451	M. LIvius . . . F. C. N	DENter	M. Aimilius . L. F. L. N	Paullus	
	C. Junius . C. F. C. N	BVBVLCVS . BRutus	Dict	RcI . Gerundae. caussa	
	M. TitInius . C. F. C. Nepos		Mag. Eq		
452	Q. Fabius . M. F. N. N. MAXImus . Rullianus	II	Dict	RcI . Gerundae . caussa	Fragm. IX.
	M. AiMILIVS . L. F. L. N	Paullus	Mag. Eq		
	Hoc . anNO . DICTATor . et Magister . Eq. sine . Cos. fuerunt				
	M. Valerius . M. F. M. N	Corvus . II	Dict	RcI . Gerundae caussa	
	P. SemprONIVS . P. F. C. N	Sophus	Mag. Eq		
453	Q. Appulejus . . . F. C. N	Pansa	M. Valerius . M. F. M. N	Corvus . V	
454	M. Fulvius . Cn. F. Cn. N	PaetInus	T. Manlius . T. F. T. N. Torquat. I. m. m. e. in . e. l. f. e		
			M. Valerius . M. F. M. N	Corvus . VI	Fragm. X et XI.
	Cens. P. Sempronius . P. F. C. N	Sophus	P. Sulpicius . Ser. F. P. N. Saverrio . Lustr. fecer. XXIX		
455	L. Cornelius . Cn. F. . . N	ScIpio	Cn. Fulvius . Cn. F. Cn. N. Maxim. Centumalus		
456	Q. Fabius . M. F. N. N. Maxim. Rullian	IIII	P. Decius . P. F. Q. N	Mus. III	
457	Ap. Claudius . C. F. Ap. N	Caecus . II	L. Volumnius . C. F. C. N. Flamma . VioLENS . II		
458	Q. Fabius . M. F. N. N. MaxiM. RVLLianus	V	P. Decius . P. F. Q. N. Mus. IIII . QuI . sE . DEVOVIT		
459	L. Postumius . L. F. Sp. N. MEGELLVs	II	M. AtIlius . M. F. M. N	ReguLVS	
	Cens. P. CORNELIVS . A. F. P. N	ARVINa	C. Marcius . C. F. L. N. Rutilus . Lustr. fec. xXX		
			QuI . postea . CensorInus . appelL. EST		
460	L. PAPIRIVS . L. F. SP. N	CVRSOR	Sp. CarvIlius . C. F. C. N	MaxiMVS	
461	Q. Fabius . Q. F. M. N. Maximus . Gurges		D. Junius . D. F. . . N	Brutus . Scaeva	

A. CDXLVII. Ita ex Livio, Diodoro, Cassiodoro, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani, fragmento VIII Capitolino, XXXIX Triumphorum, ex quo descriptus est Q. Marcius, et fragmento X ad annum CDLIX, quo P. Cornelius Censor factus est. Dictatoris et Magistri Equitum vestigia sunt in eodem fragmento VIII: nempe SCIPIO . BARBATVS Dictator, et MVS Magister Equitum. Horum autem nomina prodit Livius, hoc est *P. Cornelium* Dictatorem, et *P. Decium*, eumdem qui bis Consul fuerat, Magistrum Equitum. Erratum tamen apud hunc scriptorem in prænomine Dictatoris ex librariorum oscitantia arguit fragmentum XLIII Triumphorum, ubi legitur: L. CORNELIVS, non quidem Publii, sed L. F. CN. N. SCIPIO . COS. AN. CDXCIV . DE . POENIS . ET . SARDIN. CORSICA . V. ID. MART. si quidem triumphalis hic Scipio Barbati, hoc anno Dictatoris, filius fuit; fuisse tamen subjecta docet inscriptio Romæ in ædibus Barberinorum anno Chr. MDCXV ad portam Capenam effossa, quo loco Scipionum sepulcrum fuisse ex M. Tullio Tusc. quæst. 5 notum est.

HONC . OINO . PLOIRVME . COSENTIONT . R
DVONORO . OPTVMO . FVISE . VIRO
LVCIOM . SCIPIONE . FILIOS . BARBATI
CONSOL CENSOR . AIDILIS . HIC . FVET . A
HEC . CEPIT . CORSICA . ALERIAQVE . VRBE
DEDET . TEMPESTATIBVS . AIDE . MERETO

Quam Vir Cl. Jacobus Sirmondus e Societate Jesu explanavit in suo quodam opusculo Romæ edito anno Chr. MDCXVII, cui titulus: *Vetustissima inscriptio qua L. Cornelii Scipionis elogium continetur;* itaque legit:

Hunc unum plurimi consentiunt Romæ,
Bonorum optimum fuisse Virum
Lucium Scipionem. Filius Barbati
Consul, Censor, Ædilis hic fuit. At
Hic cepit Corsicam, Aleriamque Urbem;
Dedit Tempestatibus ædem merito.

A. CDXLVIII. Ex Livio, Diodoro, Cassiodoro, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani et fragmento VIII. L. Postumius proditur ex fragmento XLI Triumphorum ad annum CDLVIII, quo iterum Consul processit, M. Fulvius ex fragmento XXXIX Triumphorum ad eumdem annum.

A. CDXLIX. Ex fragmento VIII et XXXIX, quibuscum consentiunt auctores supra relati. De Censoribus et Lustro XXVIII ita ex Livio et fragmento VIII.

A. CDL. Ex Livio, Diodoro, Cassiodoro, Fastis Siculis et fragmento VIII Capitolino. *Rufum* pro *Lentulo* et *Aventinensem* edit Anonymus. Hunc *Lucii filium*, *Marci nepotem* dicunt Goltzius et Pighius.

A. CDLI. M. Livium, C. Æmilium prodit hoc anno Consules Livius; M. Livium, L. Æmilium, Cassiodorus; M. Livium, M. Æmilium, Diodorus. Hinc ait Sigonius: De prænomine Æmilii credo potius Diodoro; præsertim cum apud Livium mentio sit anno sequenti M. Æmilii Paulli Magistri Equitum, quem eumdem atque hunc Consulem esse duxi. De Dictatore ita omnino, ut inscripsimus ex fragmento VIII Capitolino et XXXIX Triumphorum. De Magistro Equitum constat ex Livio. Excipe agnomina quæ legimus ex fragmento VIII.

A. CDLII. Ita ex fragmento IX et Anonymo Norisiano, apud quem legitur *Corvo* II (quem idem fragmentum prodit secundo loco Dictatorem) et *Rulliano* II, quem primo loco item Dictatorem significat. In hanc sententiam descendit etiam Sigonius. Quidquid autem contra eum Schroderus disserat, id verum semper erit: nempe siglas M. F. N. N. MAXI, quæ primo loco hoc anno occurrunt in eodem fragmento, significare Q. Fabium, *Marci filium*, *Numerii nepotem* Maximum *Rullianum*, modo conferantur cum ejusdem descriptione in fragmento VI, parte II, ad annum CDXLIX. De Corvo seu M. Valerio hoc eodem anno Dictatore II constat ex fragmento XL Triumphorum. Duos autem uno anno Dictatores fuisse mirum non est, nec enim ultra sex menses Dictatoria unius potestas protrahi consueverat; itaque menses posteriores sex M. Valerio tributos putamus cum eodem Sigonio, Pighio, Petavio et Muratorio. M. Æmilium a Rulliano, P. Sempronium a Corvo Magistros Equitum dictos, ipsa innuunt fragmenti IX vestigia. Qui plura desiderat, Sigonium consulat Magistratuum anni hujus restitutorem, adversantemque Livii sententiæ, qui, contra atque est in eodem fragmento, priorem hoc anno Dictatorem statuit M. Valerium Maximum, cum tamen in hujus anni Magistratibus erratum fuisse in Annalibus fateatur; sibique id unum probari, eumdem M. Valerium Consulatum cum Appulejo Pansa gessisse. Factum id tamen videtur insequenti anno; neque enim aliter Capitolina summa constaret.

A. CDLIII. Ita ex Livio, Cassiodoro, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. Q. Appulejum *Cnei filium* dicit Pighius.

A. CDLIV. Ex Livio, Cassiodoro, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani et fragmento XLI Triumphorum, ubi legitur: M. FVLVIVS . CN. F. CN. N. PAETINVS . COS. ANN. CD*LIV*. T. Manlium Torquatum putamus cum Sigonio filium esse T. Manlii Torquati, quem pater T. Manlius, cum Consul III esset anno CDXIII cum P. Decio Mure, quod injussu suo pugnaverat, interfecit. Corvum, priore anno Consulem V, T. Manlio Consuli in prœlio occiso suffectum narrat Livius, arguitque fragmentum X, ubi legitur VI, hoc est, Consul VI. De Censoribus et Lustro constat ex eodem Livio, qui hoc anno Arniensem et Tarentinam tribus additas refert. Hoc autem Lustrum XXIX esse satis constat ex XXX, quod paullo inferius legitur in eodem fragmento X.

A. CDLV. Ex Livio, Cassiodoro, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani, et fragmento XLI Triumphorum, in quo legitur: CN. FVLVIVS . CN. F. CN. N. MAXIM. CENTVMALVS . COS. AN. CDLV. L. Cornelium Scipionem arbitramur cum Sigonio patrem esse L. Cornelii, qui, in fragmento XII ad annum CDXCIV, dicitur L. F. CN. N. SCIPIO. Ita eum nos *Cnei filium* dicimus; Pighius appellat *Cnei filium*, *Publii nepotem.*

A. CDLVI. Ex Livio, Cassiodoro, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani.

A. CDLVII. Ex Livio, Cassiodoro, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani, Cicerone in Catone, et fragmento X Capitolino.

A. CDLVIII. Ex Livio, Cassiodoro, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani, Valerio lib. 5, Plutarcho, fragmentis X et XI Capitolinis, et XLI Triumphorum, ubi legitur: Q. FABIVS . M. F. N. N. MAXIMVS . RVLLIANVS . COS. V. AN. CDLIIX.

A. CDLIX. Ex fragmento X et XI, luculentius etiam ex XLI, quibuscum consentiunt Livius, Cassiodorus, Fasti Siculi et Anonymi Norisiani. Censores et Lustrum, quod hoc anno factum conjicimus ex fragmento X et XI, in insequentem annum rejicit Livius. C. Marcium descripsimus ex fragmento VI, parte II, ad annum CDXLIII, cui optime respondent hoc anno vestigia fragmenti X.

A. CDLX. Ex fragmento XI et XLI, quibuscum consentiunt Livius et Cassiodorus.

A. CDLXI. Ex Livio, Cassiodoro, Zonara, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. Q. Fabius ita redditus est ex fragmento XLII Triumphorum, Livio et Plinio lib. 7, a quibus Q. Maximi Rulliani, quatuor ante annis Consulis V, dicitur filius; Brutum vero opinamur cum Sigonio filium esse D. Junii Scævæ, Consulis anno CDXXVIII.

An. Urb.				
462	L. Postumius . L. F. Sp. N	Megellus . III	C. Junius . C. F. C. N	Brutus . Bubulcus
463	P. Cornelius . P. F	RufInus	M'. Curius M'. F. M'. N	Dentatus
464	M. Valerius M. F. M. N	CorvInus	Q. Caedicius . Q. F. . . N	Noctua
	Cens. M'. Curius . M'. F. M'. N. Dentatus		L. PapIrius . L. F. Sp. N. Cursor. Lustr. fec. XXXI	
465	Q. Marcius Q. F. Q. N	Tremulus . II	P. Cornelius . A. F. P. N. ArvIna	II
466	M. Claudius . M. F. . . N	Marcellus	C. Nautius . Sp. F. Sp. N	Rutilus
467	M. Valerius . . . F. . . N	PotItus . Maximus	C. Ailius . . . F. . . N	Paitus
	Q. Hortensius . . . F. . . N. in . m. m. e		Dict Seditionis . sedandae . caussa	
	. . . .		Mag. Eq	
468	C. Claudius . . . F. C. N	CanIna	M. Aimilius . . . F. . . N	Lepidus
469	C. ServIlius . . . F. . . N	Tucca	L. Caecilius . . . F. . . N	Metellus . Denter
470	P. Cornelius . . . F. . . N. Dolabella . Maximus		Cn. Domitius . Cn. F. . . N	CalvInus
471	C. FabrIcius . C. F. C. N	LuscInus	Q. Aimilius . Cn. F. . . N	Papus
		Bellum . TarentInum		
472	L. Aimilius . Q. F. Q. N	Barbula	Q. Marcius . Q. F. Q. N	Philippus
473	P. Valerius . . . F. . . N	LaevInus	Ti. Coruncanius . Ti. F. Ti. Nepos	
	Cens. Q. Fabius . Q. F. Q. N	Maxim. Gurges	Cn. Domitius . Cn. F. . . N. CalvInus . L. F. XXXII	
474	P. Sulpicius . P. F. Ser. N	Saverrio	P. Decius . P. F. P. N. Mus. in proel. occIs. est	
475	C. Fabricius . C. F. C. N	LuscInus . II	Q. Aimilius . Cn. F. . . N	Papus . II
476	P. Cornelius . P. F. . . N	RufInus . II	C. Junius . C. F. C. N. Brutus . Bubulcus	II
477	Q. Fabius . Q. F. M. N	Maxim. Gurges . II	C. Genucius . . . F. . . N	ClepsIna
	P. Cornelius . P. F. . . N	RufInus	Dict . . . . caussa	
	. . . .		Mag. Eq	
478	M'. Curius . M'. F. M'. N	Dentatus . II	L. Cornelius . Ti. F. Ser. N. Lentulus . CaudInus	
	Cens. C. Fabricius . C. F. C. N	LuscInus	Q. Aimilius . Cn. F. . . N. Papus . Lustr. fec. XXXIII	
479	Ser. Cornelius . . . F. . . N	Merenda	M'. Curius . M . F. M'. N	Dentatus . III
480	C. Fabius . M. F. . . N. Dorso . LicInus		C. Claudius . . . F. C. N	CanIna . II
481	L. PapIrius . L. F. Sp. N	Cursor . II	Sp. CarvIlius . C. F. C. N	Maximus . II
482	C. Quinctius . . . F. . . N	Claudus	L. Genucius . . . F. . . N	ClepsIna
483	C. Genucius . . . F. . . N	ClepsIna . II	Cn. Cornelius . L. F. Cn. N	Blasio
	Cens. Ti. Coruncanius . Ti. F. Ti. N.		. . . . Lustrum . fecerunt	XXXIIII
484	C. Fabius . C. F. M. N	Pictor	Q. Ogulnius . L. F. A. N	Gallus

A. CDLXII. Ita ex Cassiodoro, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. Ab hoc anno usque ad DXXXII decem libri desiderantur apud Livium. Maximo proinde præsidio destituti sunt Fastorum concinnatores. L. Postumium ex anteactis duobus Consulatibus quibus nominibus fuerit agnovimus. C. Junium putamus cum Sigonio filium esse C. Junii quem, ex fragmento VI, part. II, novimus Consulem annis CDXXXVI et CDXL.

A. CDLXIII. Ex Cassiodoro, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani, Plinio lib. 7, Vellejo lib. 1, Cicerone in Catone, et Plutarcho in Sylla. P. Cornelium putamus cum Sigonio filium esse P. Cornelii Rufini, Dictatoris anno CDXIX. M'. Curius descriptus est ex fragmento XLII Triumphorum ad annum CDLXXVIII, quo Consul IIII factus est.

A. CDLXIV. Ex Cassiodoro et Anonymo Norisiano. Corvinus, ex Sigonio, est M. Valerii Corvi, qui jam sexies Consul fuit, sine dubio filius. Noctuam putamus cum eodem patrem esse Q. Cædicii, Quincti filii, Quincti nepotis, Consulis anno CDXCVII. Censores hoc anno creatos et Lustrum conditum XXXI suadent cum quinquennale spatium tum Epitoma Liviana, ex qua, post triumphum quem anno CDLXIII Curius Consul egit de Samnitibus, legitur Lustrum conditum, eoque millia ducenta viginti tria civium censa. De Censorum nominibus parum constat. M'. Curium cum L. Papirio edit Sigonius, quos Goltzius et Pighius rejiciunt in annum CDXXCI. Sed ait Sigonius : *Curium et Papirium hoc anno fuisse Censores consentaneum est; de quibus sic scripsit Frontinus in lib. De aquæductibus : Post annos XL quam aqua Appia perducta est, anno Urbis CDXXCI, M'. Curius Dentatus, qui Censuram cum L. Papirio Cursore gessit, Anionis, qui nunc dicitur Vetus, aquam perducendam in Urbem ex manubiis de Pyrrho captis curavit, Sp. Carvilio, L. Papirio Consulibus. Videtur autem hic esse Frontini sensus : Curium, Carvilio et Papirio Consulibus, aquam, fortasse Duumvirum, perduxisse, cum multo ante Censor cum L. Papirio fuisset; fit enim Curii Duumviri apud eum mentio. Nam si in eum Consulatum hos Censores rejiciamus, L. Papirium Consulem et Censorem eodem anno faciemus.* Quod sane contra illud est quod ait Livius ad annum CCCX, quo Censores primum creari cœpti sunt : *Mentio illata ab Senatu est, rem operosam ac minime consularem suo proprio Magistratu egere.*

A. CDLXV, CDLXVI, CDLXVII, CDLXVIII, CDLXIX, CDLXX, CDLXXI. Ita ex Cassiodoro, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. Marcellum, Consulem anno CDLXVI, putamus cum Sigonio filium esse Marci Claudii Marcelli, Consulis anno CDXXII; C. Nautium, alterum Consulem, filium Sp. Nautii, Spurii filii, Spurii nepotis, Consulis anno CDXXXVI; C. Ælium, Consulem anno CDLXVII, *Publii filium* dicit Pighius. De Dictatore ita, uti inscripsimus, constat ex Epitoma Liviana, Divo Augustino, et Plinio lib. 16. Magistrum Equitum opinantur Panvinius, Goltzius et Pighius fuisse M. Livium Dentrem, qui Consul fuit anno CDLI. M. Æmilium, Consulem anno CDLXVIII, putat Goltzius esse filium Q. Æmilii, Consulis anno CDXXXVI. Cælium pro Cæcilio, Consule anno CDLXIX, mendose legi apud Cassiodorum conjicit Sigonius ex Cicerone qui, Orat. pro Murena, Cælios inter homines novos recenset. Et vero C. Cælius ex suis primus anno DCLIX Consul factus est. Cn. Domitii, Cnei filii, qui fuit Ædilis Curulis, Consul vero anno CDLXX, meminit Livius ad annum CDLV. Papum, Consulem anno CDLXXI, *Labum* corrupte vocat Anonymus. C. Fabricium Papi Collegam damus ex fragmento XLII ad annum CDLXXV, quo Consul iterum factus est.

A. CDLXXII. Ex Cassiodoro, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani et fragmento XLII Triumphorum, ubi legitur : Q. MarCIVS . Q. F. Q. N. PHILIPPVS . COS. AN. CDLXXII . L. AiMILIVS . Q. F. Q. N. BARBVLA . PRO . COS. AN. CDLXXIII.

A. CDLXXIII. Item ex Cassiodoro, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani et fragmento XLII Triumphorum, ubi legitur : Ti. CoruNCANIVS . Ti. F. Ti. N. COS. AN. CDLXXIII. De Censoribus auctor est Sigonius ex Epitoma Liviana, in qua legitur : *Cn. Domitius, Censor primus e plebe, Lustrum condidit; censa sunt civium capita* CCLXXVIII *millia* CCXXII, ubi addit Sigonius : Ut autem C. Marcius primus e plebe Censor fuit, sic hic primus e plebe Censor Lustrum fecit. Cum enim Censores e Consularibus deligerentur, arbitratur Cn. Domitium eumdem esse ac Consulem anno CDLXX, C. vero Marcium Censorem nunc primum e plebe fuisse.

A. CDLXXIV. Ex Cassiodoro et Fastis Siculis. *Proricum* pro *Mure* prodit Anonymus. P. Murem, P. Decii qui se Samnitico et Gallico bello devoverat filium, esse ait Cicero De finib. lib. 2, et in Tuscul. disput. Saverrionem Publii Sulpicii Saverrionis filium putamus cum Sigonio, ejus qui Consul fuit anno CDXLIX.

A. CDLXXV. Ex Cassiodoro, Cicerone in Lælio et Pro Cornelio, Plutarcho in Pyrrho, Gellio lib. 3, Fastis Siculis, et fragmento XLII Triumphorum, in quo est : C. Fabricius . C. F. C. N. LVSCINVS . COS. II . AN. CDLXXV. Anonymus *Pætum* edit pro *Papo.*

A. CDLXXVI. Ex Cassiodoro, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani et fragmento XLII Triumphorum, ubi legitur : C. IVNIVS . C. F. C. N. BRVTVS . BVBVLC. COS. II . AN. CDLXXVI. P. Cornelius COS. II invenitur apud Gellium lib. 4 et 17.

A. CDLXXVII. Ita ex Cassiodoro, Orosio, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani et fragmento XLII Triumphorum, ubi legitur : Q. FABIVS . Q. F. Q. N. MAXIMVS . GVRGES . COS. II . AN. CDLXXVII. De Dictatore sic ait Sigonius : *Gellius lib. 4 et 17 ita scriptum reliquit :* P. Cornelius Rufinus, bis Consul et Dictatura functus, notatus est a Fabricio Censore. *Et Valer. de Censor. not. :* Cornelius Rufinus, duobus Consulatibus et Dictatura speciosissima functus, a Luscino Censore est notatus. *Hæc verba me adduxerunt ut ante Censuram Fabricii* Luscini *Dictaturam P. Cornelii collocarem. Quamquam, quo anno, et qua de caussa ille dictus fuisset, parum certum haberem; quoniam autem hoc anno gravi pestilentia Civitas laboravit, videndum ne clavi figendi caussa dictus esset. Nam Augustinus De civit. Dei, hanc pestilentiam summa vi in homines pecudesque sævisse scribit.* Magistrum Equitum suggerit Pighius C. Ælium Pætum qui Consul fuerat anno CCCCLXVII.

A. CDLXXVIII. Ex fragmento XLII Triumphorum, Cassiodoro, Eutropio, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. Corrigendus est Sigonius, ubi Dentato III addit pro II; hunc enim Consulem vel ipse semel ante processisse cognoverat. De Censoribus testis est Zonaras, si quidem ab his Rufinus Dictatorius, et iterum Consularis notatus fuit, quod vasa quatuor argenti pondo coemerat.

A. CDLXXIX. Ex Cassiodoro, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. Heic corrigendus Sigonius, qui Dentatum nunc IIII Consulem facit pro III, contra atque ipse scripserat ad annum CDLXIII; Anonymus contra, cum hunc prius Consulem primum, deinde iterum notasset, III hoc anno prodit.

A. CDLXXX. Ex Cassiodoro, Eutropio, Vellejo et Fastis Siculis. Anonymus mendose effert *Cinnam* pro *Canina;* sic enim legitur in fragmento XLII Triumphorum : C. Claudius . . . F. C. N. CANINA . COS. II. AN. CDXXC. C. Fabium putamus cum Sigonio fuisse patrem M. Fabii qui, in fragmento XII ad annum DVII, dicitur C. F. M. N. LICINVS. Eumdem Cajum *Marci nepotem* vocat Pighius, subditque : *In Mag. mortuus est, in e. l. f. e. C. Fabricius C. F. C. N. Luscinus III.*

A. CDLXXXI. Ex fragmento XLIII Triumphorum, Cassiodoro, Frontino De aquæduct., Livio lib. 24, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani.

A. CDLXXXII. Ex Cassiodoro, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani.

A. CDLXXXIII. Ex Cassiodoro. *Læsionem* pro Blasione corrupte scribit Anonymus. Censores nemo nominat; postulat autem cum quinquennii ratio, tum insequens Lustrum XXXV, quod anno CDLXXXVIII conditum legitur ex fragmento XII Capitolino, ut eos in hunc annum conferamus. Quod si, ut Sigonius ait, conjecturis standum est, eorum alterum dicemus Ti. Coruncanium Ti. F. Ti. N., quem ut Consulem ac Triumphalem, sic Censorium lib. 2 Vellejus significat.

A. CDLXXXIIII. Ex Eutropio, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. Consulto hujus anni Consules omittit Cassiodorus. Menda tamen gravis occurrit apud Eutropium in altero horum Consulum *Q. Ogulnio*, pro quo *Q. Gulonem* prodit. Horum nomini ac cognomini tam depravatis *Lucium* prænomen adscribit Panvinius, cum tamen Q. OGVLNIVS . L. F. A. N. GALLVS Dictator paullo post, nimirum anno CDXCVI, legatur in fragmento XII. C. Fabium putat Sigonius fratrem esse natu majorem N. Fabii, qui in fragmento XLIV Triumphorum dicitur : C. F. M. N. PICTOR . COS. AN. CDXXCVII. Contra Panvinius eum *Quincti filium* vocat.

Urb. An.					
485	*P. Sempronius . P. F. P. N*	*Sophus*	*Ap. Claudius . Ap. F. C. N*	*Crassus . Rufus*	
486	*M. Atilius . M. F. L. N*	*Regulus*	*L. Julius . L. F. L. N*	*Libo*	
487	*C. Fabius . N. F. M. N*	*Pictor*	*D. Junius . D. F. D. N*	*Pera*	
488	*Q. Fabius . Q. F. M. N. Maxim. Gurges*	*III*	*L. Mamilius ... F... N*	*Vitulus*	
	CENS. CN. CORNELIVS . L. F. CN. N. BLASIO		C. *M*ARCIVS . C. F. L. N. RVTILVS . II . QVI . L. F. XXXV IN . HOC . HONORE . CENSORIN. APPEL. E		Fragm. XII.
	BELLVM . PVNICVM . PRIMVM				
489	AP. CLAVDIVS . C. F. AP. N	CAVDEX	M FVLVIVS . Q. F. M. N	FLACCVS	
490	*CDXC*. M'. VALERIVS . M. F. M. N	MAXIMVS	M'. OTACILIVS . C. F. M'. N	CRASSVS	
	QVI . IN . HOC . HONORE . MESSALL. APPELL. E				
	CN. FVLVIVS . CN. F. CN. N. MAXIM. CENTVMALVS		DICT — CLAVI . FIG. CAVSSA		
	Q. MARCIVS . Q. F. Q. N. PHILIPPVS		MAG. EQ		
491	L. POSTVMIVS . L. F. L. N	MEGELLVS	Q. MAMILIVS . Q. F. M. N	VITVLVS	
492	L. VALERIVS . M. F. L. N	FLACCVS	T. OTACILIVS . C. F. M'. N	CRASSVS	
493	CN. CORNELIVS . L. F. CN. N	SCIPIO . ASIN*a*	C. DVILIVS . M. F. M. N		
494	L. CORNELIVS . L. F. CN. N	SCIPIO	C. AQVILLIVS . M. F. C. N	FLORVS	
495	A. ATILIVS . A. F. C. N	CATALINVS	C. SVLPICIVS . Q. F. Q. N	PATERCVLVS	
	CENS. C. DVILIVS . M. F. *M. N*		*L. Cornelius . L. F. Cn.* N. SCI*pio . Lustr. fec. XXXVI*		
496	C. ATILIVS . M. F. M. N	REGVLVS	CN. *Cornelius . L. F. Cn. N*	*Blasio . II*	
	Q. OGVLNIVS . L. F. A. N	GALLVS	*Dict* — LATINAR. FER. CAVSSA		
	M. LAETORIVS . M. F. M. N. PLANCIANVS		MAG. EQ		
497	L. MANLIVS . A. F. P. N. VVLSO . LONGVS		Q. CAEDICIVS . Q. *F.* Q. N. IN . MAG. MORT. E IN . EIVS . LOCVM . FACTVS . EST		
			M. ATILIVS . M. F. L. N	REGVLVS . II	
498	SER. FVLVIVS . M. F. M. N. PAETIN. NOBILIOR		M. AIMILIVS . M. F. L. N	PAVLLVS	
499	CN. CORNELIVS . L. F. CN. N	SCIPIO . ASIN. II	A. ATILIVS . A. F. C. N	CALATINVS . II	
500	D. CN. SERVILIVS . CN. F. CN. N	CAEPIO	C. SEMPRONIVS . TI. F. TI. N. BLAESVS		
	CENS. D. IVNIVS . D. F. D. N. PERA . ABD. L. POSTVMIVS . L. F. L. N. MEGELL. IDEM . QVI . PR. ERAT . IN . MAG. M. E				
501	C. AVRELIVS . L. F. C. N	COTTA	P. SERVILIVS . Q. F. CN. N	GEMINVS	
	CENS. M'. VALERIVS . M. F. M. N. MAXIM. MESALL		P. SEMPRONIVS . P. F. P. N. SOPHVS . L. F. XXXVII		

A. CDLXXXV, CDLXXXVI, CDLXXXVII. Ita ex fragmento XLIV Triumphorum, quibuscum consentiunt veteres Scriptores et Fasti supra relati. Sempronii prænomen et avi ejus nomen, quæ desiderantur in eodem fragmento, novimus ex Censura Capitolina seu fragmento XII ad annum DI. Ap. Claudius AP. F. dicitur in fragmento XLIV, filius scilicet Ap. Claudii Cæci, quem C. F. legimus in fragmento VI, part. II, ad annum CDXLVI. Duorum autem insequentium annorum Consules novimus ex fragmento XLIV.

A. CDLXXXVIII. Ex Zonara, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. Annum transcendit Cassiodorus, subdens N. Fabio et D. Junio, priore anno Consulibus, Ap. Claudium Caudicem et M. Fulvium Flaccum, quos ex fragmento XII insequente anno novimus Consules. Notam tertii Consulatus, quam Gurgiti relati auctores non adjiciunt, adscripsit Sigonius ex Floro, ut eumdem faciat cum Fabio, Consule II anno CDLXXVII. L. Mamilium *Quincti filium*, *Marci nepotem* dicunt Panvinius, Pighius et Goltzius. Censores hoc anno fuisse, eorumque nomina et Lustrum conditum XXXV novimus ex fragmento XII Capitolino.

Ab A. CDLXXXIX usque ad DXXXI. Magistratuum series fere integra habetur in fragmento XII. De C. Sulpicio, Consule anno CDXCV, sic habet Goltzius in suis Animadversionibus in aliquot Fastorum locos : *In prænomine Sulpicii Paterculi, qui hoc anno Consul fuit, ipsæ inter se Tabulæ Capitolinæ discrepant, illæ scilicet in quibus triumphi adnotati sunt a Tabulis Consulatuum et reliquorum Magistratuum; in his enim Quinctus, in illis Cajus vocatur. Hinc haud immerito videri posset non eumdem fuisse auctorem Tabularum Triumphalium et Consulatuum.* Sententiam hanc amplecti videtur et Pighius, qui et ipse *Quinctum* adscripsit pro Cajo; non recte tamen ait id Goltzius, qui, licet Tabulas Capitolinas diligenter inspexisse videatur, eas tamen præ oculis, his saltem locis, non habuit : utrobique enim Sulpicii prænomen legitur *Cajus;* utrobique eadem forma literæ, et ejusdem scalptoris opus deprehenditur. Pro altero hujusce anni CDXCV Censore est apud Pighium *Ap. Claudius Caudex*; at in fragmento XII legitur N. SCI., hoc est *nepos Scipio*, quem cum Sigonio et Goltzio eumdem esse rati sumus L. Cornelium qui præcedente anno Consul fuerat. Eum Panvinius perperam putavit esse Cn. Cornelium Scipionem Asinam, qui duobus annis ante Consul fuerat; si tamen nobiscum vetustissima illa facit inscriptio Romæ in ædibus Barberinorum, superius relata ad annum CDXLVII, qua L. Cornelius Consul (anno CDXCIV) et Censor proditur. At profecto nobiscum facit *partim ex eo quod hujus Censuræ*, ut ait Cl. Vir Jacobus Sirmondus e Societate Jesu, *locus in Fastis nullus erit, nisi heic concedatur; partim quod si Cn. Scipio Censor cum Duilio fuisset, ut placet Panvinio, prælatus illi haud dubie in Fastis esset, cum prior quoque in Consulatu quem biennio ante una gessit nominetur* in cit. fragm. XII Capitolino. *Lucius autem noster cur Duilio in Censura postponatur in promptu caussa est, quod Consul quoque post illum fuisset, ut videre est in eodem fragmento.* C. Atilium, Consulem anno CDXCVI, *Auli filium*, *Caji nepotem* dicit Pighius, contra atque est in fragmento, id est M. F. M. N. De altero hoc eodem anno Consule sic ait Goltzius in cit. Animadvers. : *Cuspinianus ratus Blasionem, alterum Consulem istius anni, eumdem esse qui prius anno* CDLXXXIII *Consul fuerat, scilicet Lucii filius, adscripsit* II *Consulem fuisse. Sed, cum præter Cuspinianum, quod sciam, id alius nemo tradat, sitque penes Laurinum nummus antiquissimus Cn. Blasionis Cn. F. ejus, uti verisimile est, qui anno jam proxime dicto Consul fuit, adscripsimus hunc Cnei filium, Lucii nepotem fuisse, non addito* II. Cum tamen ex tanto numismatum numero quæ Goltzius retulit in suos Fastos ne unum quidem hactenus reperiri potuerit, *plurimis* idcirco (ut Havercampi verbis utar in præf. Thesaur. Morellian.) *male audit Goltzius, id est quod ad implendos Fastos suos numero nummorum haud paucorum typos ipse videatur finxisse*, quos Morellius, *quasi apocryphos*, *ad calcem operis sui rejecit*, a sua sententia nequaquam discessurus, *donec hujusmodi nummi inveniantur.* Nos Cuspiniano adhæremus, quem ceteri Fastorum conditores, spreto nummi hujus typo, sequuti sunt. Consules anni CDXCIX prodidit etiam Gruterus, pag. MXLIII, inscript. I, ubi legitur :

Q. TVRRANIVS . Q. F. OVF. BARBVLANVS . ET
TVRRANIA . PRIMA . MATER . ET
Q. TVRRANIVS . Q. F. OVF. PRIMITIVVS . ET
SEX. TVRRANIVS . SEX. F. CAVSENVS
ET . TVRRANIA . PACATA
OSSAR. FECERVNT . XIIII . NON. MART
.... CORNELIO . SCIPIONE
M. ATILIO . CALATINO . II . COS

At hæc inscriptio non cohæret cum fragm. XII Capitolino, in quo Scipionem iterum Consulem legimus, et Atilium non *Marci*, sed *Auli* prænomine vocatum. Movet præterea suspicionem aliquam lapis malitiæ potius ope quam temporis, ut videtur, exesus, ne scilicet admissus in prænomine Atilii error, et in altero Scipionis prænomine appareat. P. Servilium, alterum Consulem anno DI mendose *Caji* nepotem dicit Sigonius pro *Cnei;* sic enim legitur in fragm. M'. Otacilium idem non minus mendose *Marci* filium vocat pro *Manii.* Alia est apud Gruter. inscript. pag. MXLI, 8, qua produntur Consules an. DXVI, eorumque alteri Fulvio Flacco Amarini cognomen adjicitur :

Q. VIBVLENIO . Q. F. PAL. CARSEO
VIBVLENIAE . AMANDIANAE
VXORI . SVAE
Q. VIBVLENIVS . Q. F. PAL. AMANDVS
TITVL. FECERVNT
IIII . ID. NOVEM
Q. FVLVIO . FLACCO . AMARINO
ET . L. CORNELIO . LENTVLO . CAVDINO . COS

Quid de hac quoque sentiendum, verane sit an conficta, non ausim dicere. *Alia* (sic de inscriptionibus tam remotæ antiquitatis inquit Muratorius in suo Inscript. Thesauro pag. CCXXCVI, I) *Alia tunc Romanis erat orthographia*, *alia inscriptionum forma.* A. Manlium, Consulem anno DXII, *Torquati* ac præterea *Attici* cognomen habuisse legitur in fragmento XLIV Triumphorum; ex quo etiam constat Q. Lutatium, alterum Consulem, *Caji filium*, *Caji nepotem* fuisse. Alterum eodem anno Censorem Num. Fabium fuisse conjecit Sigonius ex Livio, lib. 23, ubi ait vetustissimum hunc virum ex iis qui viverent Censoriis Dictatorem creatum fuisse anno DXXXVII, ita ut nisi ejus Censura in hunc annum conjiciatur, profecto in quem annum inciderit dici non facile possit. Inter fragmenta Capitolina id etiam legitur, quod asterisco notavimus :

LVDI . SAECVLARES . TERT
M'. AEMILIO . M'. F — MAG. X. VIR
M. LIVIO . M. F. M. N. SALINATORE

Cum autem hoc marmor nullius anni notam præferat, Pighius Valerium Antiatem et Livium sequutus putavit Ludos Sæculares tertium celebratos fuisse anno DIV, quod nobis non probatur; lapis enim in Capitolio, quem allegamus, unus et idem est ac fragmentum XII. Linea autem LVDI . SAECVLARES . TERT. ad libellam lineæ respondet, quæ in eodem fragmento annum denotat DXVII, sive Consules P. Cornelium et C. Licinium; quod sane arguit eos ludos hoc ipso anno celebratos fuisse. Nos vero ex uno lapide duos facere coegit anta inter utrumque insculpta, quam in nostris eorumdem fragmentorum descriptionibus omisimus, ne scenographica ejus projectura inscripti lapidis obstrueret adspectum. Alter Consulum anni DXXX, qui fuit *Furius Philus*, dicitur in fragmento XII FVXIVS . PERILVS, non quidem ex alicujus novatoris opera, sed scalptoris oscitantia, si quidem in fragmento XLIV Triumphorum legitur : P. FVRIVS . SP. F. M. N. PHILVS . COS. ANNO . DXXX. Hujus Collega C. Flaminius C. F. L. N. dicitur in eodem fragmento XLIV. Cn. Cornelium, Consulem anno DXXXI, *Lucii filium*, *Lucii nepotem* vocant Sigonius, Panvinius, Pighius et Goltzius. Elicuisse videntur e lapide Capitolino; cum tamen nos quadrato et pervetusto foramine exesum invenimus loco ipso unde id fuerat petendum.

An. Urb.					
502	L. CAECILIVS . L. F. C. N	METELLVS	C. FVRIVS . C. F. C. N	PACILVS	Fragm. XII.
503	C. ATILIVS . M. F. M. N. RÉGVLVS	II	L. MANLIVS . A. F. P. N VVLSO	II	
504	P. CLAVDIVS . AP. F. C. N	PVLCHER	L. IVNIVS . C. F. L. N	PVLLVS	
	M. CLAVDIVS . C. F. GLICIA . QVI . SCRIBA . FVERAT . DICTATOR . COACT. ABDIC SINE . MAG. EQ. IN . EIVS . LOCVM . FACTVS . EST				
	A. ATILIVS . A. F. C. N. CALATINVS		DICT REI . GER. CAVSSA		
	L. CAECILIVS . L. F. C. N	METELLVS	MAG. EQ		
505	C. AVRELIVS . L. F. C. N	COTTA . II	P. SERVILIVS . Q. F. CN. N. GEMINVS	II	
506	L. CAECILIVS . L. F. C. N	METELLVS . II	N. FABIVS . M. F. M. N	BVTEO	
	CENS. A. ATILIVS . A. F. C. N. CALATINVS . A. MANLIVS . T. F. T. N. TORQAT. ATTIC. L. F. XXXVIII				
507	M'. OTACILIVS . C. F. M'. N	CRASSVS . II	M. FABIVS . C. F M. N	LICINVS	
	TI. CORVNCANIVS . TI. F. TI. NEPOS		DICT COMIT. HAB. CAVS		
	M. FVLVIVS . Q. F. M. N. FLACCVS		MAG. EQ		
508	M. FABIVS . M. F. M. N	BVTEO	C. ATILIVS . A. F. A. N	BVLBVS	
509	A. MANLIVS . T. F. T. N. TORQVAT. ATTIC		C. SEMPRONIVS . TI. F. TI. N. BLAESVS	II	
510	DX. C. FVNDANIVS . C. F. Q. N. FVNDVLVS		C. SVLPICIVS . C. F. SER. N	GALVS	
511	C. LVTATIVS . C. F. C. N	CATVLVS	A. POSTVMIVS . A. F. L. N	ALBIN*u*S	
512	A. MANLIVS . T. F. T. *N. Torquat. Attic*	II	Q. LVTAT*ius . C. F. C. N*	CER*co*	
	CENS. C. AVRELIVS . L. F. C. N. *Cotta*		*N. Fabius . M. F. M. N. Buteo . L. F. XXXIX*		
513	C. CLAVDIVS . AP. F. C. N	CENTHO	M. SEMPRONIVS . C. *F. M.* N. TVDITANVS		
514	C. MAMILIVS . Q. F. Q. N	TVRRINVS	Q. VALERIVS . Q. F. P. N	FALTO	
515	TI. SEMPRONIVS . TI. F. C. N. GRACCH		P. VALERIVS . Q. F. P. N	FALTO	
516	L. CORNELIVS . L. F. TI. N. LENTVL. CAVDIN		Q. FVLVIVS . M. F. Q. N	FLACCVS	
517	P. CORNELIVS . L. F. TI. N. LENTVL. CAVDIN		C. LICINIVS . P. F. P. N	VARVS	
	CENS. L. CORNELIVS . L. F. TI. N. LENT. CAVDIN		Q. LVTATIVS . C. F. C. N. CERCO . IN . M. M. E		
518	T. MANLIVS . T. F. T. N. TORQVATVS		C. ATILIVS . A. F. A. N. BVLBVS	II	
519	L. POSTVMIVS . A. F. A. N	ALBINVS	SP. CARVILIVS . SP. F. C. N. MAXIMVS		
	CENS. C. ATILIVS . A. F. A. N	BVLBVS	A. POSTVMIVS . A. F. L. N. ALBINVS . L. F. XL		
520	DXX. Q. FABIVS . Q. F. Q. N. MAXVM. VERRVCOS		M'. POMPONIVS . M'. F. M'. N. MATHO		
521	M. AIMILIVS . M. F. M. N	LEPIDVS	M. POBLICIVS . L. F. L. N. MALLEOLVS		
522	M. POMPONIVS . M'. F. M'. N. MATHO		C. PAPIRIVS . C. F. L. N	MASO	
	C. DVILIVS . M. F. M. N		DICT COMIT. HABEND. CAVSSA		
	C. AVRELIVS . L. F. C. N	COTTA	MAG. EQ		
	CENS. T. MANLIVS . T. F. T. N. TORQVATVS		Q. FVLVIVS . M. F. Q. N. FLACCVS . VIT. FACTI . ABD		
523	M. AIMILIVS . L. F. Q. N	BARBVLA	M. IVNIVS . D. F. D. N	PERA	
	CENS. Q. FABIVS . Q. F. Q. N	MAXIM. VERRVCOS	M. SEMPRONIVS . C. F. M. N. TVDITAN. L. F. XLI		
524	L. POSTVMIVS . A. F. A. N ALBINVS	II	CN. FVLVIVS . CN. F. CN. N. CENTVMALVS		
525	SP. CARVILIVS . SP. F. C. N	MAXIMVS . II	Q. FABIVS . Q. F. Q. N. MAXIM. VERRVCOS	II	
526	P. VALERIVS . L. F. M. N	FLACCVS	M. ATILIVS . M. F. M. N	RÉGVLVS	
527	M. VALERIVS . M. F. M. N	MESSALLA	L. APVSTIVS . L. F C. N	FVLLO	

BELLVM . GALLICVM . CISALPINVM

528	L. AIMILIVS . Q. F. CN. N	PAPVS	C. ATILIVS . M. F. M. N	RÉGVLVS
	CENS. C. CLAVDIVS . AP. F. C. N. CENTHO . M. IVNIVS . D. F. D. N. PERA . L. F. XXXXII			
529	T. MANLIVS . T. F. T. N. TORQVATVS	II	Q. FVLVIVS . M. F. Q. N. FLACCVS	II
	L. CAECILIVS . L. F. C. N. METELLVS		DICT COMIT. HABEND. CAVSSA	
	N. FABIVS . M. F. M. N	BVTEO	MAG. EQ	
530	DXXX. C. FLAMIN*ius . C. F. L.* NEPOS		P. FVRIVS . SP. F. M. N	PERILVS
531	CN. CORNEL*ius . . . F. . . N. Sc*IPIO CALV		M. CLAVDIVS . M. F. M. N. MARCELLVS	
532	*P. Cornelius . Cn. F. L. N*	*Scipio . Asina*	*M. Minucius . . . F. . . N*	*Rufus*
	Q. Fabius . Q. F. Q. N. Maximus . Verrucossus		*Dict* *Comit. Habend. caussa*	
	C. Flaminius . C. F. L. Nepos		*Mag. Eq*	
	Vitio . FactI . Abdicarunt . In . Eorum . Locum . FactI . Sunt			
	M. AimilIus . Q. F. L. N. Barbula		*Dict*	
	Q. Ailius . . . F. . . N. Paitus		*Mag. Eq*	
533	*L. Veturius . L. F. . . N*	*Philo*	*C. Lutatius . . . F. . . N*	*Catulus*
	Cens. L. Aimilius . Q. F. Cn. N	*Papus*	*C. Flaminius . C. F. L. N. Lustr. Fec. XLIII*	

A. DXXXII. Ita ex Cassiodoro, Zonara, Eutropio, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. P. Cornelium opinatur Sigonius filium Cn. Cornelii Asinæ bis Consulis ideo esse, quod Livius inter sententias de Capua a Senatoribus Consularibus dictas anno DXLII sententiæ etiam P. Cornelii Asinæ meminit. M. Minucium Publii filium, Quincti nepotem dicunt Pighius et Goltzius ex incertæ, ut superius diximus, fidei numismatibus. De Dictatore et Magistro Equitum constat ex Valerio lib. 1. Plutarchus Dictatorem non *Fabium* vocat sed *Minucium*. Valerio adsentitur Sigonius, quod ex antiquo epigrammate atque ex Livio eum duplici Consulatu auctum legerit. De suffectis M. Æmilio Dictatore et Q. Ælio Magistro Equitum satis constare videtur ex Pighii conjectura, cui adstipulatur inscriptio hæc reperta in foro Trajani : M. AEMILIVS . Q. F. L. N. BARBVLA . DICTATOR, quæ apud Gruterum est 3 pag. CCCXLVIII. Q. Ælium Publii filium dicit idem Pighius.

A. DXXXIII. Ex Cassiodoro, Zonara et Fastis Siculis. *Lævinum* hoc anno et *Scævolam* prodit Anonymus. Cognomen hoc alterum a quibusdam additum C. Lutatio ait Sigonius, quibus tamen adsentire

An. Urb.				
534	*M. LIvius . M. F. M. N*	*SalInator*	*L. Aimilius . M. F. M. N*	*Paullus*
	Bellum . Punicum . Secundum			
535	*P. Cornelius . L. F. L. N*	*ScIpio*	*Ti. Sempronius . C. F... N*	*Longus*
536	*C. Flaminius . C. F. L. N. II. In proel. oc. c. in . e. l. f. e*		*Cn. ServIlius . . . F. . . N*	*Geminus*
	M. AtIlius . M. F. M. N	*Régulus . II*		
	Q. Fabius . Q. F. Q. N	*Maxim. Verrucossus . II*	*Dict.*	*ReI . Gerundae . caussa*
	M. Minucius . . . F. . . N	*Rufus*	*Mag. Eq*	
	Imperio . Dein . Sibi . Aequat. cum . Dict. Abd			
	L. Veturius . L. F. . . N	*Philo*	*Dict*	*Com. Hab. caussa*
	M'. Pomponius . M'. F. M'. N	*Matho*	*Mag. Eq*	
	Vitio . FactI . Abdicarunt			
537	*C. Terentius ... F... N*	*Varro*	*L. Aimilius . M. F. M. N*	*Paullus . II*
			In . proel. occIsus . est	
	M. Junius . D. F. D. N	*Pera*	*Dict*	*ReI . Gerundae . caussa*
	T. Sempronius . Ti. F. Ti. N. Gracch. quI . Idem . Aed. Cur. erat		*Mag. Eq*	
	N. Fabius . M. F. M. N. Buteo . sine . Mag. Eq. Dict. Senatus . Legend. Caussa			
538	*L. Postumius . A. F. A. N*	*AlbInus . III*	*Ti. Sempronius . Ti. F. Ti. N*	*Gracchus*
	Ante . quam . inIret . occ. e. in . e. l. f. e			
	M. Claudius . M. F. M. N	*Marcellus . II*		
	Vitio . Fact. Abd. In . ejus loc. fact. e			
	Q. Fabius . Q. F. Q. N	*Maxim. Verrucos. III*		
539	*Q. Fabius . Q. F. Q. N*	*Maxim. Verrucos. IIII*	*M. Claudius . M. F. M. N*	*Marcellus . III*
	Cens. M. AtIlius . M. F. M. N. Régulus . Abd		*P. Furius . Sp. F. M. N. Philus . in m. m. e*	
540	*Q. Fabius . Q. Verrucos. F. Q. N*	*Maximus*	*Ti. Sempronius . Ti. F. Ti. N*	*Gracchus . II*
	C. Claudius . Ap. F. C. N	*Centho*	*Dict*	*Comit. Hab. caussa*
	Q. Fulvius . M. F. Q. N	*Flaccus*	*Mag. Eq*	
541	*Ap. Claudius . P. F. Ap. N*	*Pulcher*	*Q. Fulvius . M. F. Q. N. Flaccus*	*III*
542	*P. Sulpicius . Ser. F. P. N*	*Galba . Maximus*	*Cn. Fulvius . Cn. F. Cn. N. Centumalus*	
543	*M. Valerius . . . F. . . N*	*LaevInus*	*M. Claudius . M. F. M. N. Marcellus*	*IIII*
	Cens. L. Veturius . L. F... N	*Philo*	*P. LicInius . P. F. P. N*	*Crassus . DIves*
	In . Mag. mortuus . est		*Abdicavit*	
	Q. Fulvius . M. F. Q. N	*Flaccus*	*Dict*	*Comit. Hab. caussa*
	P. LicInius . P. F. P. N	*Crassus . DIves*	*Mag. Eq*	
544	*Q. Fabius . Q. F. Q. N*	*Maxim. Verrucos. V*	*Q. Fulvius . M. F. Q. N*	*Flaccus . IIII*
	Cens. M. Cornelius M. F. M. N	*Cethegus*	*P. Sempronius . C. F. C. N. Tuditanus . L. F. XLIIII*	
545	*M. Claudius . M. F. M. N*	*Marcellus . V*	*T. Quinctius . . . F. . . N*	*CrispInus*
	In . proel. occIsus . est		*In . proel. occIsus . est*	
	T. Manlius . T. F. T. N	*Torquatus*	*Dict*	*Com. Hab. et . Lud. Fac. caussa*
	C. ServIlius . C. F. P. N. QuI . Idem . Aedil. Cur. erat		*Mag. Eq*	
546	C. CLAVDIVS . TI. F. TI. N	NERO	M. LIVIVS . M. F M. N	SALINATOR . *II* Fragm. XII. part. II.
	M. LIVIVS . M. F. M. N	SALINATOR	DICT	COMIT. HABEND. CAVSSA
	Q. CAECILIVS . L. F. L. N	METELLVS	MAG. EQ	

non audet. Nos igitur multo minus Lævinum, familiare Valeriorum cognomen, L. Veturio addere audebimus, ut Anonymum cum relatis auctoribus conciliemus. C. Lutatium opinantur Panvinius, Pighius et Goltzius filium esse C. Lutatii Catuli, Consulis anno DXI. Nos cum Sigonio L. Veturium putamus eumdem esse ac qui Censor fuit anno DXLIII, patrem scilicet L. Veturii, qui, in fragmento XII, part. II, ad annum DXLVII, dicitur L. F. L. N. Post Consulum nomina Pighius addit : *Vitio . facti abdicarunt . in cor. loc. facti . sunt . M. Æmilius . M. F. M. N. Lepidus .* II *. M. Valerius . P. F. P. N. Lævinus.* Contra quem Stampa : *De suffectis Sigonius nihil in hoc loco; Pighius Sigonium citat, sed locum Sigonii non producit.* Censores quos referimus et Lustrum XLIII ab iis conditum conjicit in hunc annum Sigonius cum ex quinquennali spatio, tum ex eo quod ait Cassiodorus Viam Flaminiam et cognominem Circum hoc anno factum fuisse a C. Flaminio Censore. His adde Livium, qui ab hoc anno horum Censorum sæpe meminit et ab iis lectum Senatum narrat.

A. DXXXIV. Ex Cassiodoro, Plinio lib. 39, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. M. Livium *Marci filium*, *Marci nepotem* diximus ex fragmento XII, part. II, in secundo Consulatu et Dictatura quam gessit anno DXLVI. L. vero Æmilium Marci filium, Marci nepotem vocavimus cum Sigonio, nimirum filium M. Æmilii, qui in fragmento XLIV ad annum CDXCIX triumphum de Pœnis navalem egisse dicitur.

A. DXXXV. Ex Livio, Cassiodoro, Eutropio, Zonara, Probo, Orosio, Pædiano, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. P. Scipio pater est P. Cornelii, qui in fragmento XII, part. II, ad annum DLIX, dicitur : P. F. L. N. SCIPIO . AFRICAN. Ti. vero Sempronius est pater Ti. Sempronii Ti. F. C. N., Consulis eodem anno. His Consulibus bellum Punicum secundum initum narrat Polybius, ac paullo post etiam Livius.

A. DXXXVI. Ex Livio, Polybio, Cassiodoro, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. Cn. Servilium P. Servilii Gemini, Consulis anno DII, filium putant Pighius et Goltzius. De M. Atilio, Consule in Flaminii locum subdito, de Q. Fabio Dictatore, qui Cunctator appellatus est, et M. Minucio, Magistro Equitum, constat ex Livio, Polybio et vetere inscriptione ad hunc annum a Sigonio relata. De L. Veturio Dictatore et M'. Pomponio Magistro Equitum extremo anno Comitiorum habendorum caussa creatis loquitur idem Livius. Hunc Veturium putamus cum Sigonio eumdem esse ac L. Veturium, Consulem anno DXXX; M'. Pomponium, Magistrum Equitum, eumdem ac Consulem anno DXX.

A. DXXXVII. Ex Livio, Polybio, Plutarcho, Cassiodoro, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. C. Terentium Varronem *Auli filium* dicit Goltzius ex suis incertæ fidei numismatibus. Dictatori et Magistro Equitum testis est Livius. Dictatorem cognovimus ex Consulatu et Censura gestis anno DXXIII et DXXVIII; Magistrum autem Equitum putamus cum Sigonio filium esse Ti. Sempronii Ti. F. C. N. Gracchi, Consulis anno DXV. De Num. Fabio, altero Dictatore sine Magistro Equitum creato, constat ex eodem Livio. Eumdem postremo Magistrum Equitum novimus anno DXXIX.

A. DXXXVIII. Ex Livio, Polybio, Plutarcho, Cassiodoro, Eutropio, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani.

A. DXXXIX. Ex Livio, Plutarcho, Cassiodoro, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. Censores hoc anno fuisse, eosdemque quos referimus tradunt Livius et Valerius.

A. DXL. Ex Livio, Cassiodoro, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. C. Claudium Centhonem, Consulem anno DXIII, Dictatorem nunc creatum, ab eoque Q. Fulvium Flaccum, qui Consul II fuerat anno DXXXIX, Magistrum Equitum dictum narrat Livius.

A. DXLI. Ita ex Livio, Plutarcho in Fabio, Cassiodoro, Festo lib. 17, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. Ap. Claudius filius est P. Claudii Pulchri, quem Consulem novimus anno DIV; Q. vero Fulvius idem qui tum fuerat Magister Equitum.

A. DXLII. Ex Livio, Cassiodoro, Orosio, Festo lib. 17, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. P. Sulpicium ex secundo Consulatu descripsimus quem gessit anno DXXXV; Cneum Fulvium putamus cum Sigonio filium esse Cn. Fulvii Cn. F. Cn. N. Centumali, Consulis anno DXXIV.

A. DXLIII. Ex Livio, Cassiodoro, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. M. Valerium *P. F. P. N.* dicit Pighius cum iterati Consulatus nota; eumdem enim suffectum Consulem putat anno DXXXIII. Pighium sequitur Muratorius. Censores produntur a Livio; ex eodem et Plutarcho in Marcello constat de de Dictatore et Magistro Equitum. Utriusque nomina jam novimus; Dictatoris nempe ex magistratu quem quatuor ante annis gesserat; P. vero Livii, Magistri Equitum, ex fragmento XII, part. II, ad annum DXLVIII, quo Consul erit.

A. DXLIV. Ex Livio, Cassiodoro, Cicerone In Rullum, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. De Censoribus et Lustro constat ex Livio et Ennio apud Ciceronem in Bruto. Uterque autem Censor descriptus est ex fragmento XII, part. II, ad annum DXLIX, quo Consul factus est.

A. DXLV. Ex Livio, Cassiodoro, Plutarcho in Marcello, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. T. Quinctium *Titi filium* dicit Pighius. De Dictatore et Magistro Equitum, sic ex Livio. T. Manlium Dictatorem postremo novimus ex fragmento XII ad annum DXXIX, quo Consulatum iterum iniit. C. Servilium Magistrum Equitum novimus ex eodem fragmento, part. II, ad annum DL, quo Consul erit.

Ab A. DXLVI usque ad DXCIX Magistratus fere integri adservantur in fragmento XII, part. II. Mendose apud Pighium invenimus C. Servilium, Consulem anno DL, *Tiberii nepotem* dici, contra atque

547	Q. CAECILIVS . L. F. L. N	METELLVS	L. VETVRIVS . L. F. L. N	PHILO — Fragm. XII. part. I
548	P. CORNELIVS . P. F. L. N. SCIPIO . QVI . POSTEA . AFRICAN. APPELL. EST .		P. LICINIVS . P. F. P. N. CRASS. DIVES	
	Q. CAECILIVS . L. F. L. N	METELLVS	DICT — COMIT. HABEND. CAVSSA	
	L. VETVRIVS . L. F. L. N	PHILO	MAG. EQ	
549	M. CORNELIVS . M. F. M. N	CETHEGVS	P. SEMPRONIVS . C. F. C. N. TVDITANVS	
	CENS. M. LIVIVS . M. F. M. N	SALINATOR	C. CLAVDIVS . TI. F. TI. N. NERO . L. F. XXXXV	
550	DL. CN. SERVILIVS . CN. F. CN. N	CAEPIO	C. SERVILIVS . C. F P. NEPOS	
	P. SVLPICIVS . SER. F. P. N. GALBA . MAXIMVS		DICT — COMIT. HABEND. CAVSSA	
	M. SERVILIVS . C. F. P. N. PVLEX . GEMINVS		MAG. EQ	
551	TI. CLAVDIVS . P. F. TI. N	NERO	M. SERVILIVS . C. F. P. N. PVLEX . GEMINVS	
	C. SERVILIVS . C. F. P. NEPOS		DICT — COMIT. HABEND . CAVSSA	
	*P. Ai*LIVS . Q. F. P. N	PAITV*s*	MAG. EQ	
552	*Cn. Cornelius . L. F.* L. N	LEN*t*VLVS	P. AI*lius . Q. F. P. N*	*Paitus*

BELLVM . PHILIPPICVM

553	P. SVLPICIVS . SER. F. P. N	GALBA . MAXIM. II	C. AVRELIVS . C. F. C. N	COTTA
554	L. CORNELIVS . L. F L. N	LENTVLVS	P. VILLIVS . TI. F. TI. N	TAPPVLVS
	CENS. P. CORNELIVS . P. F. L. N. SCIPIO . AFRICAN		P. AILIVS . Q. F. P. N. PAITVS . L. F. XXXXVI	
555	T. QVINCTIVS . T. F. L. N	FLAMININVS	SEX. AILIVS . Q. F. P. N. PAITVS	CATVS
556	C. CORNELIVS . L. F. M. N	CETHEGVS	Q. MINVCIVS . C. F. C. N	RVFVS
557	L. FVRIVS . SP. F. SP. N	PVRPVREO	M. CLAVDIVS . M. F. M. N	MARCELLVS
558	M. PORCIVS . M. F	CATO	L. VALERIVS . P. F. L. N	FLACCVS
559	P. CORNELIVS . P. F. L. N	*ScIpi*O . AFRICAN . II	TI. SEMPRONIVS . TI. F. C. N	LONGVS
	CENS. SEX. AILIVS . Q. *F. P. N*	PAITVS . CATVS	C. CORNELIVS . L. F. M. N. CETHEGVS . L. F. XXXXVII	
560	DLX. L. CORNELIVS . L. F. . . *N*	MERVLA	Q. MINVCIVS . Q. F. L. N	THERMVS
561	L. QVINCTIVS . T. F. L. *N*	FLAMININ	CN. DOMITIVS . L. F. L. N. AHENOBARBVS	

BelLVM . ANTIOCHINVM

562	M'. ACILIVS . C. F. L. N	GLABRIO	P. CORNELIVS . CN. F. L. N. SCIPIO . NASICA	
563	L. CORNELIVS . P. F. L. N. S*c*IPIO . QVI . POSTEA ASIATICVS . APPELLATVS . EST		C. LAELIVS C. F	C. NEPOS
564	CN. MANLIVS . CN. F. L. N	VVLSO	M. FVLVIVS . M. F. SER. N. NOBILIOR	
	CENS. T. QVIN*C*TIVS . T. F. L. N. FLAMININ		M. CLAVDIVS . M. F. M. N. MARCELL. L. F. XXXXVIII	
565	C. LIVIVS . M. F. M. N	SALINATOR	M. VALERIVS . M'. F. M'. N. MESSALLA	
566	M. AIMILIVS . M. F. M. N	LEPIDVS	C. FLAMINIVS . C. F. C. NEPOS	
567	SP. POSTVMIVS . L. F. A. N	ALBINVS	Q. MARCIVS . L. F. Q. N	PHILIPPVS
568	AP. CLAVDIVS . AP. F. P. N	PVLCHER	M. SEMPRONIVS . M. F. C. N. TVDITANVS	
569	P. CLAVDIVS . AP. F. P. N	PVLCHER	L. PORCIVS . L. F. M. N	LICINVS
	CENS. L. VALERIVS . P. F. L. N. FLACCVS		M. PORCIVS . M. F CATO . L. F. XXXXVIIII	
570	DLXX. Q. FABIVS . Q. F. Q. N	LABEO	M. CLAVDIVS . M. F. M. N	MARCELLVS
571	L. AIMILIVS . L. F. M. N	PAVLLVS	CN. BAEBIVS . Q. F. CN. N. TAMPHILVS	
572	P. CORNELIVS . L. F. P. N	CETHEGVS	M. BAEBIVS . Q. F. CN. N. TAMPHILVS	
573	A. POSTVMIVS . A. F. A. N	ALBINVS	C. CALPVRNIVS . C. F. C. N. PISO . IN . M. M. E. IN . E. L. F. E	
			Q. FVLVIVS . CN. F. M. N	FLACCVS
574	L. MANLIVS . L. F. L. N . ACIDINVS . FVLVIAN		Q. FVLVIVS . Q. F. M. N	FLACCVS
	HEI . FRA*t*RES . GERMANI . FVERVNT			
	CENS. M. AIMLIVS . M. F. M. N. LEPIDVS		M. FVLVIVS . M. F. SER. N. NOBILIOR . LVSTR. F. L	
575	*M. J*VNIVS . M. F. L. N	BRVTVS	A. MANLIVS . CN. F. L. N	VVLSO
576	*C. Cla*VDIVS . AP. F P. N	PVLCHER	TI. SEMPRONIVS . P. F. TI. N. GRACCHVS	
577	*Cn. Cor*NELIVS . *L.* F. L. N. SCIPIO . HISPALLVS IN . MAG. MORTVVS . EST . IN . EIVS . L. F. E		Q. PETILIVS . *C.* F. Q. N. SPVRINVS . IN . MAG POSTEA . QVAM . SIBI . CONLEG. SVBROG. OCCIS. E	
	C. VALERIVS . M. F. P. N	LAEVINVS		
578	P. MVCIVS . Q. F. P. N	SCAEVVLA	M. AIMILIVS . M. F. M. N. LEPIDVS	II
579	SP. POSTVMIVS . A. F. A. N. ALBIN. PAVLLVL		Q. MVCIVS . Q. F. P. N	SCAEVVLA
	CENS. Q. FVLVIVS . Q. F. M. N. FLACCVS		A. POSTVMIVS . A. F. A. N. ALBINVS . LVSTR. F. LI	
580	DXXC. L. POSTVMIVS . A. F. A. N	ALBINVS	M. POPILLIVS . P. F. P. N	LAENAS
581	C. POPILLIVS . P. F. P. N	LAENAS	P. AILIVS . P. F. P. N	LIGVS

AMBO . PRIMI . DE . PLEBE

est in fragmento, ubi dicitur *Publii.* Pætum, quem in eodem fragmento Magistrum Equitum legimus anno DLI, *P. Ælium* fuisse dictum tradit Livius, eumdemque esse ac P. Ælium quem Consulem insequente anno DLII ex ipso lapide fuisse constat. Cn. Bæbium, Consulem anno DLXXI, cui in fragmento XII, part. II, cognomen est *Tamphilus*, *Pamphilum* dicit Muratorius ex inscriptione quam retulit pag. CCLXXXVI Romæ, ut ait, inventa prope Basilicam S. Sebastiani extra Urbem. Verum quis fidem Capitolinis lapidibus, Livio, Cassiodoro et Fastis Siculis detrahat, ut epigrammati adstruat aut spurio, quod Muratorius ipse suspicatus est, aut minus diligenter exscripto? Prænomina Consulum anno DLXXV, DLXXVI et DLXXVII, Junii nimirum, Claudii et Cornelii, habentur apud Livium et Cassiodorum. M. Æmilius *Marci filius*, *Marci nepos*, pro *Manii filio*, *Manii nepote*, ad annum DXCV, et Sex. Julius, Consul anno DXCVI, *Sexti nepos*, pro *Lucii*, perperam dicuntur a Pighio.

BELLVM . PERSICVM

Urb. An.					
582	P. LICINIVS . C. F. P. N	CRASSVS	C. CASSIVS . C. F. C. N	LONGINVS	Fragm. XII, part. II.
583	A. HOSTILIVS . L. F. A. N	MANCINVS	A. ATILIVS . C. F. C. N	SERRANVS	
584	Q. MARCIVS . L. F. Q. N	PHILIPPVS . II	CN. SERVILIVS . CN. F. CN. N	CAEPIO	
	CENS. C. CLAVDIVS . AP. F. P. N. PVLCHER		TI. SEMPRONIVS . P. F. TI. N. GRACCHVS . L. F. LII		
585	L. AIMILIVS . L. F. M. N	PAVLLVS . II	C. LICINIVS . C. F. P. N	CRASSVS	
586	Q. AILIVS . P. F. Q. N	PAITVS	M. IVNIVS . M. F. M. N	PENNVS	
587	C. SVLPICIVS . C. F C. N	GALVS	M. CLAVDIVS . M. F. M. N	MARCELLVS	
588	T. MANLIVS . A. F. T. N	TORQVATVS	CN. OCTAVIVS . CN. F. CN. N		
589	A. MANLIVS . A. F. T. N	TORQVATVS	Q. CASSIVS . L. F. Q. N	LONGINVS . IN . M. M. E	
	CENS. L. AIMILIVS . L. F. M. N	PAVLLVS	Q. MARCIVS . L. F. Q. N. PHILIPPVS . L. F. LIII		
590	DXC. TI. SEMPRONIVS . P. F. TI. N	GRACCHVS . II	Mʼ. IVVENTIVS . T. F. T. N	THALNA	
591	P. CORNELIVS . P. F. CN. N. SCIPIO . NASICA		C. MARCIVS . C. F. Q. N	FIGVLVS	
	VITIO . FACTI	ABDICARVNT . IN . EORVM . LOC. FACTI . SVNT			
	P. CORNELIVS . L. F. L. N	LENTVLVS	CN. DOMITIVS . CN. F. L. N	AHENOBARB	
592	M. VALERIVS . M. F. M. N.	MESSALLA	C. FANNIVS . C. F. C. N	STRABO	
593	L. ANICIVS . L. F. L. N	GALLVS	M. CORNELIVS . C. F. C. N	CETHEGVS	
594	CN. CORNELIVS . CN. F. CN. N. DOLABELL		M. FVLVIVS . M. F. M. N	NOBILIOR	
	CENS. P. CORNELIVS . P. F. CN. N. SCIPIO . NASICA		M. POPILLIVS . P. F. P. N. LAENAS . L. F. LIIII		
595	M. AIMILIVS . Mʼ. F. Mʼ. N	LEPIDVS	C. POPILLIVS . P. F. P. N	LAENAS . II	
596	SEX. IVLIVS . SEX. F. L. N	CAESAR	L. AVRELIVS . L. F. L. N	ORESTES	
597	L. CORNELIVS . CN. F. L. N. LENTVL. LVPVS		C. MARCIVS . C. F. Q. N	FIGVLVS . II	
598	P. CORNELIVS . P. F. CN. N	SCIPIO . NASIC. II	M. CLAVDIVS . M. F. M. N	MARCELL. II	
599	Q. OPIMIVS Q. F P. NEPOS		L. POSTVMIVS . SP. F. L. N. ALBIN. IN . M. M. E. IN . E. L. F. E		
			Mʼ. ACILIVS . Mʼ. F. C. N	GLABRIO	
	CENS. M. VALERIVS . M. F. M. N	MESSALLA	C. CASSIVS . C. F. C. N. LONGINVS . LVSTR. F. LV		
600	*Q. Fulvius . M. F. M.* N	NOBILIOR	T. ANNIVS . T. *F. . . N*	*Luscus*	Fragm. XIII.
601	*M. Claudius . M. F. M.* N	MARCELL. III	L. VALERIVS . L. F. P. *N. Flaccus . In . M.* M. E		
602	*L. LicInius . . . F. . .* N	LVCVLLVS	A. POSTVMIVS . A. *F. A. N*	*AlbIn*VS	
603	*T. Quinctius . T. F. T.* N	FLAMININ	Mʼ. ACILIVS . L. *F.* K. N	*Ba*LBVS	

BELLVM . PVNICVM . TERTIVM

Urb. An.				
604	*L. Marcius . C. F. C. N*	CENSORINVS	Mʼ. MANILIVS . P. F. P. N	
605	*Sp. Postumius . Sp. F. A. N*	*A*LBINVS . MAGN	L. CALPVRNIVS . C. F. C. N	PISO . *Caes*ONIN
606	*P. Cornelius . P. F. P. N*	*ScIpio* . AFRICAN. AIMIL	C. LIVIVS . M. AIMILIANI . F. M. *N*	*Dr*VSVS
	Cens. L. Cornelius . Cn. F. N	LENTVLVS . LVPVS	L. MARCIVS . C. *F.* C. N. CENSORI*n. L.* F. LVI	
607	*Cn. Cornelius . Cn. F. L. N*	LENTVLVS	L. MVMMIVS . *L.* F. L. N	
608	*Q. Fabius . Q. F. Q. N*	*Maximus* . AIMILIAN	L. HOSTILIVS . *A.* F. L. *N*	*Man*CINVS
609	*Ser. Sulpicius . Ser. F. P. N*	GALBA	L. AVRELIVS . . . *F. . . N*	COTTA
610	*Ap. Claudius . Ap. F. Ap. N*	*Pul*CHER	Q. CAECILIVS . *Q. F. L. N. Metell.* MACEDON	
611	*L. Caecilius . Q. F. L. N*	*Metellus . Ca*LVVS	Q. FABIVS . *Q. F. Q. N. Maximus . Ser*VILIAN	

A. DC. Ex Cassiodoro, Cicerone in Bruto, Fastis Siculis, et fragmento XIII Capitolino. Anonymus Norisianus *Fusum* mendose prodit pro *Lusco.* Q. Fulvium *Marci filium* diximus ex Cicerone loc. cit., ejus scilicet qui Consul fuit anno DLXIV. T. Annium *Titi nepotem* dicit Pighius.

A. DCI. Ita ex Cassiodoro, Obsequente, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani et fragmento XIII Capitolino.

A. DCII. Ex Cassiodoro, Orosio, Epitoma Liviana 48, Cicerone in Bruto, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani et fragmento XIII Capitolino. L. Licinium *L. F.* dicit Pighius.

A. DCIII. Ex Cassiodoro, Cicerone in Catone et lib. 13 Epist. ad Attic., Fastis Siculis, Anonymi Norisiani et fragmento XIII. Mendose, ut puto, est apud Plinium lib. 7, cap. 36, *Cajus Quinctius* pro *Tito Quinctio.* Quinctium hunc Titi filium, Titi nepotem dicit Sigonius ex eodem fragmento XIII; at marmor exesum hoc loco penitus est; non abnuimus tamen eum dicere filium Titi Quinctii T. F. L. N. Flaminini, Consulis anno DLV.

A. DCIV. Ex fragmento XIII Capitolino, Cassiodoro, Epitoma Liviana 49, Cicerone in Lucullo, lib. 12 Epist. ad Attic., De rep. in 6, Appiano in Libyca, Censorino De die natali, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani, et antiqua inscriptione Romæ in fistula plumbea : M. AVRELI . MARCIANI . Mʼ. MANILIO . L. MARCIO . CENSORINO . COS. Censorinus C. F. C. N. dicitur in eodem fragmento in Censura anni DCVI. Ludos Sæculares quartum hoc anno celebratos nonnulli antiqui Scriptores prodidere. Verum, ut ait idem Censorinus De die natali cap. 17, *triplex opinio est : Antias enim et Varro et Livius relatos esse prodiderunt, L. Marcio Censorino, Mʼ. Manilio Consulibus anno DCV* (juxta summam Capitolinam DCIV); *at Piso Censorius et Cneus Gellius, sed et Cassius Hemina, qui illo tempore vivebat, post annum factos tertium adfirmant, Cn. Cornelio Lentulo, L. Mummio Achaico Consulibus anno DCVIII* (DCVII); *in Xvirorum autem Commentariis notantur sub anno DCXXVIII* (DCXXVII), *M. Æmilio Lepido, L. Oreste Consulibus.*

A. DCV. Ex fragmento XIII Capitolino, Cassiodoro, Obsequente, Fastis Siculis, Cuspiniani et Anonymi Norisiani. Sp. Postumium putamus cum Sigonio filium esse Sp. Postumii, Consulis anno DLXXIX.

A. DCVI. Ex fragmento XIII Capitolino, Cassiodoro, Appiano, Epitoma Liviana, Plutarcho, Vellejo, Valerio lib. 8, Obsequente, et Fastis Siculis. Anonymus *Æmilianum* habet et *Brutum* mendose pro *Druso.* De Censoribus constat ex eodem fragmento et Valerio lib. 6. Eorum primi, nempe Lentuli, nomina didicimus ex fragmento XII, part. II, ad annum DXCVII, quo Consul factus est.

A. DCVII. Ita ex fragmento XIII, Cassiodoro, Orosio, Vellejo, Censorino loc. sup. cit. ad ann. DCIV, Cicerone lib. 13 Epist. ad Attic., Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. Cn. Cornelium *Cnei filium* vocamus cum Sigonio, ejus qui Consul fuit anno DLII.

A. DCVIII. Ex Cassiodoro, Cicerone in Lælio, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani et fragmento XIII Capitolino. Q. Fabium, Paulli Æmilii filium, adoptatum a Q. Fabio, Q. Verrucossi filio, prodit Appianus in Hispaniensi. L. Hostilium *Auli filium*, *Lucii nepotem* descripsit Sigonius ex eodem fragmento XIII. Hoc quoque loco exesum marmor est, unde id nosse oportuit; nec tamen eum Auli filium negamus, ejus qui Consul fuerat anno DLXXXIV.

A. DCIX. Ex Cassiodoro, Valerio lib. 6, Frontino lib. De aquæduct., Fastis Siculis, Anonymi Norisiani, fragmento XIII Capitolino et vetere inscriptione apud Sigonium. Huc spectat alia apud Gruterum pag. LIX, 5 :

N. PVMIDIVS . Q. F. M. RAECIVS . Q. F. etc.
HEISCE . MAGISTREIS . VENERIS . IOVIAE
MVRVM . AEDIFICANDVM . COIRAVERVNT
PED. CCLXX . ET . LOIDOS . FECERVNT
SER. SVLPICIO . M. AVRELIO . COS. Q. F
M. CLOELIO . M. F. ARABO

In hac epigraphe Marci prænomen Aurelio tribuitur, aliud ab eo quod legitur in relato fragmento XIII Capitolino et in citata inscriptione apud Sigonium. Lectoris judicium esto, utrum huic lapidi credendum magis sit an Sigoniano et Capitolino. Eumdem Aurelium *Lucii filium*, *Quincti nepotem* dicit Pighius. Ser. Sulpicius habetur ex Cicerone, is scilicet cujus Prætoris et oratoris vehementissimi sæpius meminit.

A. DCX. Ex Cassiodoro, Orosio, Frontino De aquæduct., Valerio lib. 7, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani et fragmento XIII Capitolino. Ap. Claudium *Appii filium* cum ceteris Fastorum conditoribus dicimus, ejus qui Consul fuit anno DLXIX; Q. Cæcilium *Quincti filium*, *Lucii nepotem* dicit Plinius lib. 7.

A. DCXI. Ex Cassiodoro, Orosio, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani et fragmento XIII Capitolino. L. Metellum *Quincti Metelli Macedonici fratrem* dicit Valerius De testibus; Q. Fabium, *Q. Servilii Cæpionis germanum fratrem*, et adoptivum *Q. Fabii Æmiliani filium*, Appianus. De Censoribus et Lustro constat ex eodem fragmento et plurimis Annalium cum Græcorum tum Latinorum monumentis, inter quæ ex Plutarcho, Cicerone lib. 2 De orat., Lucilio apud Gellium, necnon ex vetere epigrammate quod Sigonius retulit ad hunc annum. L. Mummium, Censorem alterum, *Lucii filium*, *Lucii nepotem* dicit Pighius.

An. Urb.					
	Cens. P. Cornelius . P. F. P. N. ScIpio . AfriCAN. AIMILIAn		L. Mummius ... F... N	Achaic. L. F. LVII	Fragm. XIII.
612	Cn. ServIlius . Cn. F. Cn. N	Caepio	Q. POMpejus . A. F... Nepos		
613	C. Laelius . C. F. C. N	Sapiens	Q. SERVIlius . Cn. F. Cn. N	Caepio	
614	Cn. Calpurnius ... F... N	PIso	M. PoPIllius . M. F. P. N	Laenas	
615	P. Cornelius . P. F. P. N	ScIpio . NasIca . Serapio	D. Junius . M. F. M. N	Brutus	
			QuI . postea . Callaicus . Appellatus . est		
616	M. Aimilius . M. F. M. N	Lepinus . Porcina	C. HostIlius ... F... N	MANCInus	Fragm. XIV.
617	P. Furius ... F... N	Philus	Sex. AtIlius . M. F... N	SERRANus	
	Cens. Ap. Claudius . Ap. F. Ap. N	Pulcher	Q. Fulvius . M. F. M. N. NobiliOR . L. F. LVIII		
618	Ser. Fulvius ... F... N	Flaccus	Q. Calpurnius ... F... N	PISO	
619	P. Cornelius . P. F. P. N. ScIpio . African. Aimilian. II		C. Fulvius ... F... N	FLACCVS	
620	DCXX. P. MVCius . P. F. Q. N	Scaevula	L. CALPVRNIVS . L. F. C. N	PIso . FRVgi	Fragm. XIV, XV, XVI et XVII.
621	P. POPIlliVS . C. F. P. N	Laenas	P. RVPILIVS . P. F. P. Nepos		
622	P. LICIniVS . P. F. P. N	CRassus . Mucianus	L. VALERius . L. F. L. N. Flaccus . Flam. Mart		
	CEns. Q. CAECILius . Q. F. L. N. Metell. Macedon		Q. Pompejus . A. F... N. Rufus . L. F. LIX		
		Ambo . PrImI . de Plebe			
623	M'. Perperna ... F... Nepos		C. Claudius . C. F. Ap. N	Pulcher	
624	C. Sempronius . C. F. C. N	Tuditanus	M'. Aquillius . M'. F. M'. Nepos		
625	Cn. Octavius . Cn. F. Cn. Nepos		T. Annius . T. F. T. N	Luscus . Rufus	
626	L. Cassius . Q. F. L. N. LongInus . Ravilla		L. Cornelius . L. F... N	Cinna	
627	M. Aimilius ... F... N	Lepidus	L. Aurelius . L. F. L. N	Orestes	
	Cens. Q. Fabius . Q. F. Q. N. Max. ServIlian		L. CaecIlius . Q. F. L. N	Metellus . Calvus	

Bellum . Allobrogicum

628	M. Plautius ... F... N	Hypsaeus	M. Fulvius . M. F. Q. N	Flaccus
	Cens. Cn. ServIlius . Cn. F. Cn. N	Caepio	L. Cassius . Q. F. L. N. LongInus . Ravilla . L. F. LX	
629	C. Cassius . C. F. C. N	LongInus	C. Sextius . C. F. C. N	CalvInus
630	Q. CaecIlius . Q. F. Q. N	Metelllus	T. Quinctius . T. F. T. N	FlaminInus
	Qui . In . Hoc . Honore . Baliaricus . appell. est			

A. DCXII. Ex Cassiodoro, Vellejo lib. 2, Cicerone lib. 12 Ad Attic., fragmento XIII et Anonymo Norisiano, apud quem pro Q. Pompeii cognomine est *Nepos; Rufum* autem fuisse putant Panvinius, Petavius et Goltzius. Cn. Servilium opinamur cum Sigonio filium esse Cn. Servilii, Consulis anno DLXXXIV. Eumdem Q. Servilii, insequente anno Consulis, fratrem fuisse tradunt Cicero in Verrinis, et Fontejana, et Valerius cap. De testibus.

A. DCXIII. Ex Cassiodoro, Obsequente, Cicerone in Bruto, De offic. lib. 2 et in Tusculanis, Plutarcho De republ., Frontino De aquæductib., Fastis Siculis, Anonymi Norisiani et fragmento XIII Capitolino. C. Lælius ex C. Lælio natus est eo qui Consul fuit anno DLXIII. De Q. Servilio satis dictum ad annum præcedentem.

A. DCXIV. Ita ex Cassiodoro, Appiano, Epitoma Liviana, Valerio lib. 1, ubi Calpurnii prænomen dicitur *Lucius* pro *Cneo*, Anonymo Norisiano et fragmento XIII Capitolino, in quo vix quidem legitur syllaba PI, quæ est vestigium nominis *Popillii*, non autem integre *M. Popillius*, ut adserit Sigonius ad hunc annum. Hunc Consulem suis nominibus ornavimus ex Censura quam gessit anno DXCIV. Cn. Calpurnium *Lucii filium*, *Lucii nepotem* dicit Pighius.

A. DCXV. Ex Cassiodoro, Epitoma Liviana, Cicerone lib. 3, Frontino cap. De disciplina, Fastis Siculis et Anonymo Norisiano. Scipio, ut Sigonius ait ex Vellejo, P. Scipionis Nasicæ filius fuit, ejus qui Corculum est appellatus; P. Scipionis nepos, ejus qui, optimus vir a Senatu judicatus, Matrem Idæam excepit; P. Scipionis, ejus qui Jugurthæ bellum intulit, pater. D. Brutum *Marci filium* dicit Cicero in Bruto.

A. DCXVI. Ex Cassiodoro, Obsequente, Orosio, Appiano, Cicerone in Bruto, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani et fragmento XIV Capitolino. M. Æmilium putamus cum Sigonio filium M. Lepidi, Consulis anno DLXXVIII. C. Hostilium opinantur Pighius et Goltzius fratrem esse L. Hostilii, Consulis anno DCVIII.

A. DCXVII. Ex Cassiodoro, Obsequente, Cicerone lib. 3 De offic., Fastis Siculis, Anonymi Norisiani et fragmento XIV Capitolino. P. Furium *Publii filium*, *Publii nepotem* dicit Pighius; Goltzius vero *Cnei nepotem*, quod, ut ait, Cneum prænomen patris P. Furii Consulis ex nummo antiquo deprehenderit, apocrypho tamen, aut incertæ saltem fidei. Sex. Atilium *Marci filium*, *Caji nepotem* dicit Pighius; *Marci filium*, Goltzius, quem nos sequimur admoniti inscriptione apud Gruterum pag. CXCVIII, 6 :

SEX. ATILIVS . M. F. SERRANVS
PROCOS. EX . S. C
INTER . ATESTINOS . ET . VEICENTINOS
FINIS . TERMINOSQVE . STATVI . IVSSIT

De Censoribus et Lustro constat ex eodem fragmento XIV, Epitoma Liviana 56 et fragmento Festi, quod Sigonius retulit ad hunc annum. De eorum autem nominibus adhuc ambigitur : nos Sigonium sequimur, cui et Pighius consentit; *OR* enim syllabam, quam non solum legere est in fragmento XIV Capitolino, sed etiam in citato fragmento Festi, vestigium esse cognominis NobiliOR nemo non videt, quo insignitus est Q. Fulvius, jam Consul anno DC. Cum autem hic e plebe fuerit, quærendus ei est est Collega Patricius. Ap. Claudius is est vir Censorius, ut animadvertit idem Sigonius, qui a Censura præcedente, Scipione Africano adversante, fuit rejectus; quare, nisi ejus Censura hoc loco statuatur, quo anno Censor fuerit inveniri non potest; obiit enim, Appiano teste lib. 1, ante annum DCXXIV, quo Consules fuere C. Sempronius et M'. Aquillius.

A. DCXVIII. Ex Cassiodoro, Obsequente, Orosio, Appiano in Illyric., Epitoma Liviana 56, fragmento XIV Capitolino, et antiqua inscriptione a Sigonio ad hunc annum relata, quæ apud Gruterum legitur 1, pag. MLXXXIII. Ser. Fulvium putat Pighius filium esse Q. Fulvii Flacci, Consulis suffecti anno DLXXIII. Q. Calpurnium *Caji filium* dicit Goltzius; *Caji filium*, *Cnei nepotem*, Pighius.

A. DCXIX. Ita ex Cassiodoro, Obsequente, Orosio, Floro, Valerio lib. 8, Cicerone in 6 De rep., Fastis Siculis, Anonymi Norisiani et fragmento XIV Capitolino. C. Fulvium putant Pighius et Goltzius filium esse Q. Fulvii, Consulis anno DLXXIV.

A. DCXX. MVC legitur in fragmento XV Capitolino; L. CALPVRNIVS, in fragmento XVII; FRV, in fragmento XIV. Hæc itaque Consulum vestigia supplevimus ex Cassiodoro, Vellejo, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani, et fragmento legis agrariæ apud Gruterum pag. CCII : QVEI . AGER . PVBLICVS . IN . TERRA . ITALIA . P. MVCIO . L. CALPVRNIO . COS. FVIT. etc. P. Mucium P. Scævulæ, Consulis anno DLXXVIII, filium dicit Cicero in Bruto. L. Calpurnium putamus cum Pighio et Goltzio filium esse L. Calpurnii, Consulis anno DCV.

A. DCXXI. P. POPI legitur hoc anno in fragmento XV; VS . C. F., in XVI (quod Gentilis Delphinius in Capitolio perperam subdidit fragmento XX, ut videre est *schemate I*); P. RVPILIVS . P. F. P., in XVII. Hæc Consulum hujus anni vestigia supplevimus ex Cassiodoro, Cicerone lib. 13 Epist. ad Attic., in Lælio et In Verrem, Epitoma Liviana 59, Plutarcho in Gracchis, Vellejo lib. 2 et Fastis Siculis. Anonymus Norisianus *Calibum* habet pro *Rupilio*.

A. DCXXII. Hoc etiam anno Consulum vestigia apparent in lapidibus Capitolinis : P. LicI legitur in fragmento XV; VS . P. F. P. N. CR., in fragmento XVI; et VALER, in XVII. His adjuti vestigiis integra nomina restituimus ex Cassiodoro, Cicerone Philippic. II, De orator. et in Bruto, Vellejo lib. 2, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. L. Valerium putamus cum Sigonio filium esse L. Valerii, Consulis anno DCI. Censores hoc anno fuisse produnt eadem fragmenta, nimirum XV et XVI. Quorum alterum, nempe Q. Cæcilium, novimus ex iisdem fragmentis; utrumque vero ex Epitoma Liviana 59, ex qua præterea Lustrum ab iis conditum fuisse constat, eoque CCCLXVIII millia civium censa DCCCXXXIII; quod narrat etiam Cicero in Bruto, et Plinius lib. 7, cap. 49.

A. DCXXIII. Ex Cassiodoro, Obsequente, Cicerone Pro Planco, et Valerio lib. 3, cap. 5. Cum autem Fasti Siculi *Lentulum* habeant pro *Pulchro*, intelligendum id ita esse putat Sigonius, ut aliqua in Claudio subsit adoptio. Anonymus etiam *Lentulum* prodit et *Nepotem*, quod hoc cognomen utplurimum Consulibus adjiciat, quoties eos, ut in Perperna et Pompejo accidit anno DCXII, offendat sine cognomine. C. Claudium *Caji filium*, *Appii nepotem* ex cit. Ciceronis Orat. cognovimus.

A. DCXXIV. Ex fragmento XLVIII Triumphorum anno DCXXIV et DCXXVII, ex quo Consulem utrumque descripsimus; præterea ex Cassiodoro, Orosio, Cicerone De nat. deor. et Ad Q. fratrem, Appiano lib. 1, Strabone lib. 14, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani.

A. DCXXV. Ex Cassiodoro, Obsequente suppleto a Lycosthene, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. Cn. Octavium *Cnei filium* diximus cum Sigonio, ejus qui Consul fuit anno DLXXXVIII; T. autem Annium, *filium Titi* Annii, Consulis anno DC.

A. DCXXVI. Ex Cassiodoro, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. L. Cassius idem est qui Censor erit anno DCXXVIII; ita Cicero in Bruto, Pro Roscio, Pro Sextio. L. Cornelium L. Cinnæ patrem esse putamus cum Sigonio, ejus qui Consul quater erit, ac primum anno DCLXVI.

A. DCXXVII. Ex Cassiodoro, Obsequente, Censorino De die natali cap. 17, Cicerone in Bruto, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. Orestem habemus ex fragmento XLIX Triumphorum, in quo est : L. AVRELIVS . L. F. L. N. ORESTES . PROCOS. AN. DCXXXI. M. Æmilium *Marci filium*, *Marci nepotem* dicunt Pighius et Goltzius. Huic anno adscribuntur ab iisdem Ludi Sæculares quartum, de quibus diximus ad annum DCIV. Censores hoc anno fuisse, eorumque nomina Q. Fabium Maximum Servilianum et L. Cæcilium Metellum Calvum putat Sigonius cum ex quinquennali spatio, tum quod hi Censorii appellati deinde sint, ut monet Valerius cap. De pudicitia et cap. De testibus. Goltzius vero Q. Fabii loco descripsit L. Calpurnium Pisonem Frugi, qui Consul fuit anno DCXX. Quia vero Censores hi Lustrum non condiderunt, ideo alii eorum loco insequenti anno inveniuntur.

A. DCXXVIII. Ex Cassiodoro, Obsequente, Orosio, Valerio cap. De superbia, Frontino De aquæductibus, Epitoma Liviana 60, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. M. FulviVS . M. F. Q. N. FLACCVS . PRO . COS. AN. DCXXX dicitur in fragmento XLVIII Triumphorum. M. Plautium *Lucii filium* dicit Goltzius; *Marci nepotem*, Pighius. De Censoribus et Lustro diserte constat ex eodem Frontino Commentar. De aquæduct., Vellejo lib. 2, Cicerone in tertia Verrina; quo Lustro censa sunt CCCXC millia DCCXXXVI civium capita.

A. DCXXIX. Ex Cassiodoro, Obsequente, Vellejo, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. *Sex. Domitium Calvinum* pro *C. Sextio Calvino* prodit Eutropius. Eumdem *Lucii filium* dicit Goltzius. Utrosque lapsos arguit fragmentum XLIX Triumphorum, ubi legitur : C. SEXTIVS . C. F. C. N. CALVIN. PROCOS. ANN. DCXXXI. C. Cassius patrem habuit C. Cassium, Consulem anno DLXXXII.

A. DCXXX. Ex Cassiodoro, Eutropio, Orosio et Fastis Siculis. *Appellatum* pro T. Quinctio Flaminino prodit Anonymus. Q. Cæcilio sua nomina constiterunt ex fragmento XLIX ad annum DCXXXII, quo Proconsul de Baliaribus triumphavit; est autem primus Q. Cæcilii Macedonici filius, ejus qui Consul fuit anno DCX. T. Quinctius T. Quinctii filius fuit, ejus qui Consulatum obtinuit anno DLV.

An. Urb.					
631	*Cn. Domitius . Cn. F. Cn. N*	*Ahenobarbus*	*C. Fannius . C. F. C. N*	*Strabo*	
632	*Q. Fabius . Q. AimilianI . F. Q. N. Maximus*		*L. OpImius . Q. F. Q. N*		
	QuI . Postea . Allobrogicus . appell. est				
633	*P. ManIlius ... F... Nepos*		*C. PapIrius . C. F. C. N*	*Carbo*	
	Cens. L. Calpurnius ... F... N	*PIso . Frúgi*	*Q. CaecIlius . Q. F. Q. N. Metell. Baliaric. L. F. LXI*		
634	*L. CaecIlius . L. F. Q. N*	*Metellus . Delmatic*	*L. Aurelius ... F... N*	*Cotta*	
635	*M. Porcius . M. F. M. N. Cato . In . mag. m. e*		*Q. Marcius . Q. F. Q. N*	*Rex*	
636	*L. CaecIlius . Q. F. Q. N*	*Metellus*	*Q. Mucius . Q. F. Q. N*	*Scaevula*	
637	*C. LicInius ... F... N*	*Geta*	*Q. Fabius ... F... N*	*Maxim. Eburnus*	
638	*M. Aimilius . M. F. L. N*	*Scaurus*	*M. CaecIlius . Q. F. Q. N*	*Metellus*	
	Cens. L. CaecIlius . L. F. Q. N.	*Metellus . Delmatic*	*Cn. Domitius . Cn. F. Cn. N. Ahenobarb. L. F. LXII*		
639	*M'. AcIlius . M'. F. L. N*	*Balbus*	*C. Porcius . M. F. M. N*	*Cato*	

Bellum . Cimbricum

640	*C. CaecIlius . Q. F. Q. N*	*Metellus . Caprar*	*Cn. PapIrius . C. F. C. N*	*Carbo*
641	*M. LIvius . C. F. M. N*	*Drusus*	*L. Calpurnius . L. F*	*PIso . CaesonInus*

Bellum . JugurthInum

642	*P. Cornelius . P. F. P. N. ScIpio . NasIca . In . m. m. e*		*L. Calpurnius ... F... N*	*Best*IA	Fragm.
643	*M. Minucius . Q. F... N*	*Rufus*	*Sp. Postumius . Sp. F. Sp. N*	*AlbI*NVS	XLIX.
644	*Q. CaecIlius . L. F. Q. N*	*Metellus*	*M. Junius ... F... N*	*Sil*ANVS	
	QuI . Postea . Numidicus . appell. est				
	Cens. M. Aimilius ... F... N. Scaurus . Abd		*M. LIvius . C. F. M. N. Drusus* . IN . MAG. M. E		
645	*Ser. Sulpicius . Ser. F. Ser. N. Galba . L. Hortensius ... F... N.*		*Antequam . iniret . Da*MN. EST . IN . E. L. F. E		
			M. Aurelius ... F... N	SCAVRVS	
	Cens. Q. Fabius . Q. AimilianI . F. Q. N. Max. Allobrogic		*C. LicInius . P. F... N. Geta . Lustr.* F. LXIII		
646	*L. Cassius . L. F. Q. N. LongInus . In . procl. occ. e*		*C. Marius . C. F... Nepos*		

A. DCXXXI. Ex Cassiodoro, Obsequente, Cicerone in Bruto, Plinio lib. 2, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. CN. DOMITIVS . CN. F. CN. N. AHENOBARB. PROCOS. legitur in fragmento XLIX Triumphorum ad annum DCXXXV. C. Fannium *Caji filium* dicit Cicero loc. cit., ejus nempe qui Consul fuit anno DXCII.

A. DCXXXII. Ex Cassiodoro, Obsequente, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. Q. FABIVS . Q. AIMILIANI . F. Q. N. MAXIMVS . PROCOS. legitur in fragmento XLIX Triumphorum ad annum DCXXXIII, cui consentiunt Pædianus in Verrin., Vellejus lib. 2, Cicero in Bruto, et Epitoma Liviana 61, contra Strabonem et Appianum, a quibus *Æmilianus* pro *Æmiliani filio* dictus est. In quo etiam Plinius erravit: *Allobrogicum* enim vocat hunc Consulem et *Æmiliani fratrem*, quasi idem sit Allobrogicus et Æmilianus. L. Opimius filius fuit Q. Opimii, Consulis anno DXCIX. Hujus Consulis, a quo opimianum vinum dictum est, meminerunt Plinius lib. 14, cap. 4, Plutarchus in C. Graccho et Vellejus lib. 2.

A. DCXXXIII. Ex Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. Cassiodorus *Manlium* prodit pro *Manilio*, forte ex librariorum oscitantia. Hunc sequitur Almelovenius. Fasti Siculi et Anonymi Norisiani, quorum mos est prodendi sola Consulum cognomenta, Consulem hunc, usurpato Manilii nomine ideo edunt, quod, ut ait Sigonius, *Maniliorum fere cognomen nullum auditum est.* Eumdem Goltzius et Pighius opinantur filium esse M'. Manilii, Consulis anno DCIV; Collegam C. Papirium *Caji filium* iidem appellant. Censores hoc anno fuisse, eosdemque quos inscripsimus conjicit Sigonius ex quinquennali spatio, ex Vellejo, Cicerone lib. 5 De finibus, Post reditum ad Quirites, et in Bruto, Plinio lib. 7 et 13, et Dionysio lib. 4. *Q. Servilium Cnei filium, Cnei nepotem Cæpionem* fatentur Pighius et Goltzius, pro *L. Calpurnio Pisone Frugi*, quem retrahunt in annum DCXXVII.

A. DCXXXIV. Ex Cassiodoro, Obsequente, Plutarcho in Mario et Fastis Siculis *Marcellum* pro *Metello* prodit Anonymus. Consulem hunc Sigonius fuisse putat L. Caecilium Metellum *Calvum* Lucii Metelli Calvi filium, ejus qui Consul fuit anno DXI. Nos autem eumdem descripsimus ex fragmento XLIX Triumphorum, Sigonii ævo nondum cognito, in quo legitur: L. CAECILIVS . L. F. Q. N. METELLVS . DELMATIC. PROCOS. ANN. DCXXXVI. L. Cottam *Lucii filium* dicunt Pighius et Goltzius, ejus qui Consul fuit anno DCIX.

A. DCXXXV. Ex Cassiodoro, Obsequente, Eutropio, Valerio lib. 5, Plinio lib. 2, Vellejo lib. 1, Fastis Siculis, et Gellio lib. 13, qui M. Catonem *Marci filium, Marci nepotem* dicit. *Caudinus* pro *Catone* mendose legitur apud Anonymum. Huic, quem Gellius in Magistratu mortuum narrat, suffectum putat Pighius *Q. Ælium Tuberonem.* Q. Marcius descriptus est ex fragmento XLIX Triumphorum ad annum DCXXXVI, quo Proconsul triumphavit.

A. DCXXXVI. Ex Cassiodoro, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani, qui pro *Metello Diademum* produnt; quod quidem cognomen Metello convenit ex Plutarcho in Coriolano et De fortuna Romanorum, ubi ait Diadematum eum fuisse dictum quod exulceratam diu frontem obligaverit. Sigonius hunc perperam *Delmaticum* vocat, licet alterum Macedonici filium esse putet, et alium a Metello, Consule anno DCXXXIV, quem solum Delmatici cognomine insignitum arguunt auctores supra citati. Hujus anni Consulum mentio fit in decreto finium regundorum inter Genuates et Veturios, apud Gruterum pag. CCIV: EIDIB. DECEMB. L. CAECILIO . Q. F. Q. MVVCIO . Q. F. COS., nimirum Q. Mucio Augure, de quo Cicero in Lælio et De oratore, quique filius fuit Q. Mucii, Consulis anno DLXXIX.

A. DCXXXVII. Ita ex Cassiodoro, Fastis Siculis, Cuspiniani, Anonymi Norisiani, Cicerone orat. Pro Murena, et Festo. C. Licinium *Publii* filium dicunt Pighius et Goltzius ex suis incertæ fidei nummis. Q. Fabio, præter Maximi et Eburni cognomina, *Valerianum* addit Quinctilianus Declamat. 3. Eumdem Q. Fabii Maximi filium putant Pighius et Goltzius, ejus qui Consul fuit anno DCVIII.

A. DCXXXVIII. Ex Cassiodoro, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani; modo in his, *Megelli* loco, *Metellum* restituas. Uterque Consul descriptus ex fragmento XLIX Triumphorum, ubi legitur: M. AIMILIVS . M. F. L. N. SCAVRVS . COS. *An. DCXXVIII* . M. CAECILIVS . Q. F. Q. N. METE*llus Procos. An. DCXL.* Atque hic est tertius Macedonici filius. Censores quos referimus suggerunt Cassiodorus, Cicero In Verrem, Sallustius in Jugurtha, Plinius lib. 2, et Epitoma Liviana 68, ex qua legimus censa fuisse Civium capita CCCXCIV millia CCCXXVI. De L. Cæcilio, altero ex Censoribus, ait Sigonius: *Hunc non Delmaticum esse arbitror, sed Calvi filium cum qui quatuor ante annis Consul fuit.* At hunc qui quatuor ante annis fuit Consul non Calvum sed Delmaticum fuisse jam vidimus.

A. DCXXXIX. Ex Cassiodoro, Obsequente, Plinio lib. 2, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. M'. Acilium Manii filium putamus cum Sigonio, ejus qui Consul fuit anno DCIII. C. Porcium fratrem M. Catonis, qui quatuor ante annis Consul fuit, nepotem M. Catonis Censorii tradunt Vellejus et Cicero In Verrem.

A. DCXL. Ex Cassiodoro, Obsequente, Eutropio, Plinio lib. 2, Tacito De moribus Germanorum, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. C. Cæcilius est quartus Q. Metelli Macedonici filius. Cn. Papirium C. Carbonis filium putamus cum Sigonio, ejus qui septennio ante Consul fuit; est enim pater Cn. Carbonis, Consulis anno DCLXIX, qui in fragmento XX Capitolino dicitur CN. F. C. N.

A. DCXLI. Ex Cassiodoro, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. M. Livium Caji filium dicit Cicero in Bruto, ejus qui Consul fuit anno DCVI. L. Calpurnius filius est L. Pisonis Cæsonini, Consulis anno DCV. Ita ex Cæsare De bello Gallico.

A. DCXLII. Ex Cassiodoro, Eutropio, Orosio, Sallustio, Valerio lib. 1, cap. 6, Cicerone in Bruto et Pro Plancio, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani et fragmento XLIX Capitolino. P. Cornelium P. Scipionis Serapionis filium, ejus qui Consul fuit anno DCXV, et in Magistratu mortuum, tradit Cicero in Bruto.

A. DCXLIII. Ex Cassiodoro, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani et fragmento XLIX Capitolino. M. Minucius est alter ex duobus fratribus quorum mentio fit in decreto finium regundorum inter Genuates et Veturios supra citato ad annum DCXXXVI, nempe: Q. M. MINVCIEI . Q. F. RVFEI . DE . CONTROVERSIIS . INTER . GENVATEIS . ET . VEITVRIOS . IN . RE . PRAESENTE . COGNOVERVNT. Sp. Postumium *Spurii filium* dicunt Sigonius, Pighius et Goltzius, ejus qui Consul fuit anno DCV.

A. DCXLIV. Ex Cassiodoro, Pædiano, Eutropio, Cicerone in Bruto, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani et fragmento XLIX Capitolino. Q. Caecilium *Lucii filium* dicit Cicero, ejus qui Consul fuit anno DCXI, hoc est, fratrem L. Cæcilii Delmatici, Consulis anno DCXXXIV. M. Junium *Marci filium* dicit Pighius; *Lucii filium*, Goltzius ex suis incertæ fidei nummis. Censores hoc anno fuisse arguit memoratum fragmentum XLIX, nec enim literæ IN . MAG. M. E., ad quem, præterquam ad Censorem mortuum, pertinuerint inveniri potest. Eosdem vero fuisse quos inscripsimus ideo putat Sigonius, quod, ut ait, uterque Consularis est. Plutarchus autem in Quæstionibus scribit eos Collegas fuisse; Scaurum vero qui, Druso mortuo, abdicare sponte noluerit, Tribunorum jussu conjectum in carcerem.

A. DCXLV. Ser. Sulpicium Galbam et M. Aurelium Scaurum produnt Cassiodorus, Obsequens, Fasti Siculi et fragmentum XVIII Capitolinum. Anonymus mendose, *Galbæ* loco, suggerit *Calvum*, cui Collegam addit Hortensium, cum scilicet qui, antequam iniret, daMN. EST, ut habetur in eodem fragmento. Hunc Consulem Sigonius non novit; novere Pighius et Goltzius, eorumque alter hunc *Quincti filium, Quincti nepotem* dicit; alter, *Lucii filium.* Errat autem Pighius, ubi fragmenti literas MN. EST, interpretatur tanquam *Adgressus Magistratum Non* EST: etenim, præterquam quod illud MN nulla interpunctione sejunctum legitur, ita ut gemina illa verba *Magistratum Non* iniisse significent; hujusmodi interpretatio abhorret a stylo lapidum Capitolinorum, ubi, quoties agitur de iis qui designati Magistratum non obtinuerunt, legitur hæc formula NON . INIIT. Ser. Galbam putamus cum Sigonio filium esse Ser. Sulpicii Galbæ, Consulis anno DCIX. M. Aurelium Marci filium, Caji nepotem dicit Pighius. Censores hoc anno fuisse ostendit fragmentum XVIII Capitolinum verbis illis F. LXIII, hoc est, *Lustrum fecerunt LXIII.* Qui fuerint arguunt Pædianus et Cicero Pro Cluentio: *Fornix Fabianus,* ait Pædianus, *arcus est juxta Regiam in Sacra Via a Fabio Censore constructus, qui a devictis Allobrogibus Allobrox cognominatus est.* Fabius hic Consul fuit anno DCXXXII, et insequente anno Proconsul triumphavit, ut legitur in fragmento XLIX Triumphorum. Cum autem triumphaverit antequam Censor factus est, ejus Censura ad hunc annum referenda esse videtur; certa enim satis sunt reliquis ab ejus triumpho annis Censorum nomina. Eodem prorsus argumento alterius Censoris nomen occurrit: *Ponam illud,* ait Cicero, *C. Getam, cum a L. Metello et Cn. Domitio Censoribus ex Senatu ejectus esset, Censorem ipsum postea esse factum;* quod et Valerius confirmat. Atqui L. Metellus et Cn. Domitius, quos nominat Cicero, Censores fuere anno DCXXXVIII; postea Scaurus et Drusus, nempe anno DCXLIV. Cum autem, præterquam præsenti anno, certa, ut diximus, annis proxime insequentibus Censorum nomina occurrant in Fastis, sequitur ut in hunc eumdem annum C. Getam Censorem alterum conjiciamus. Conjecturam hanc sequuntur Sigonius, Pighius et Goltzius, qui C. Getam *Publii filium* dicunt.

A. DCXLVI. Ita ex Cassiodoro, Plinio lib. 10 et Fastis Siculis. Anonymus *Longinum* prodit et *Nepotem;* quod cognomen fere semper, ut antea diximus, ab ipso nobis obtruditur, quoties de Consulibus cognomine carentibus agitur, si quidem caruit et C. Marius hoc anno Consul. Collegam L. Cassium opinamur cum Sigonio filium esse Lucii Cassii, Consulis anno DCXXVI. Huic in prœlio occiso Pighius et Almelovenius sufficiunt Consulem *M. Æmilium Scaurum* II; Goltzius, *Cn. Cornelium Dolabellam.* Nos neutrum sequimur, nec enim semper in demortui Consulis locum alius factus est. C. Marium *Caji filium* dicimus ex inscriptione apud Gruter. pag. CCXXXVI, 1, in qua septem hujus Consulatus et res ab

An. Urb.				
647	*C. Atilius... F... N*	*Serranus*	*Q. Servilius . Q. F. Cn. N*	*Caepio*
648	*P. Rutilius . M. F. . . N*	*Rufus*	*Cn. Mallius . . . F. . . N*	
649	*C. Marius . C. F. . . N*	$\overline{II}$	*C. Flavius . . . F. . . N*	*Fimbria*
650	*C. Marius . C. F. . . N*	$\overline{III}$	*L. Aurelius . L. F. L. N. Orestes . In . mag. m. e*	
651	*C. Marius . C. F. . . N*	$\overline{IIII}$	*Q. Lutatius . Q. F. . . N*	*Catulus*
	Cens. Q. Caecilius . L. F. Q. N. Metell. Numidic		*C. Caecilius . Q. F. Q. N. Metell. Caprar. L. F. LXIIII*	
652	*C. Marius . C. F. . . N*	$\overline{V}$	*M . Aquillius . M . F. M . Nepos*	
653	*C. Marius . C. F. . . N*	$\overline{VI}$	*L. Valerius . . . F. . . N*	*Flaccus*
654	*M. Antonius . C. F. . . Nepos*		A. PO*stumius . Sp. F. Sp. N*	*AlbInus*
655	*Q. Caecilius . Q. F. Q. N*	*Met*ELLVS . NEPOS	T. DÌDI*us . T. F. Sex. Nepos*	
656	*Cn. Cornelius . . . F. . .* N	LENTVLVS	P. LICÌNI*us . M. F. P. N*	*Crassus*
	Cens. L. Valerius . . . F. . . N	FLACCVS	M. ANTON*ius . . . F. . . N. Lustr. Fec. LXI*	
657	*Cn. Domitius . Cn. F. Cn.* N	AHENOBARB	C. CASSIVS . L. *F. Q. N*	*LongInus*
658	*C. Licinius . . . F. . . N*	CRASSVS	Q. MVCIVS . P. F. *P. N*	*Scaevola*
659	*C. Caelius . C. F. . . N*	CALDVS	L. DOMITIVS . CN. *F. Cn. N*	*Ahenobarbus*
660	*C. Valerius . . . F. . .* N	FLACCVS	M. HERENNIVS . . . *F. . . Nepos*	
661	*C. Claudius . C. F.* C. N	PVLCHER	M. PERPERNA . *M. F. . . Nepos*	
	*Cens. Cn. Domitiu*S . CN. F. CN. N. AHENOBARB		L. LICÌNIVS . . . *F. . . N*	*Crassus*
662	*L. Marcius . Q. F. Q.* N	PHILIPPVS	SEX. IVLIVS . C. F. *Sex. N*	*Caesar*

BELLVM . MARSICVM

An. Urb.				
663	*L. Julius . L. F. Se*X. N	CAESAR	P. RVTILIVS . L. F. L. N. *Lupus . In proel. occIs. e*	
664	*Cn. Pompejus .* SEX. F. CN. N	STRABO	L. PORCIVS . M. F. M. *N. Cato . In proel. occIs. e*	
	Cens. P. LicInius . M. F. P. N	CRASSVS	L. IVLIVS . L. F. SEX. N	*Caesar*
665	*L. Cornelius . L. F. P. N.* *Felix . Appellatus . est*	*Sulla* . QVÌ . POSTEA	Q. POMPEIV*s . Q. F. . . N. Rufus . In . m. occIs. e*	

Fragm. XIX.

eo gestæ memorantur annis DCXLVI, DCXLIX, DCL, DCLI, DCLII, DCLIII et DCLXVII. Varia tamen adeo sunt inscriptionis hujus exempla quæ a Sigonio produntur aliisque, quos vide apud Gruterum, ut de ejus antiquitate liceat dubitare.

A. DCXLVII. Ex Cassiodoro, Obsequente, Gellio lib. 15 ubi ait, his Consulibus natum esse Ciceronem, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. C. Atilium *Marci filium* dicit Goltzius; *Marci filium Marci nepotem*, Pighius. Q. Servilium putamus cum Sigonio filium esse Q. Servilii Cæpionis, Consulis anno DCXIII.

A. DCXLVIII. Ex Cassiodoro, Obsequente, Fastis Siculis et antiqua inscriptione quam adjecimus in fine libri *De Romanorum magnificentia et architectura* recenter a nobis editi. P. Rutilium *Spurii filium*, *Spurii nepotem* dicit Pighius; cui adversatur Cicero in Bruto, apud quem dicitur *Marci filius*. Pro Collega *Cn. Mallio*, *Cn. Manlium*, *Cnei filium* suggerit Goltzius ex suis sublestæ fidei numismatibus, contra atque est in Fastis Siculis, in memorata inscriptione quæ adhuc legitur in ædibus Farnesianis et in nummo apud Sigonium. Præterea Cicero Pro Plancio *Mallium* hujus anni Consulem a patricia Manliorum familia discriminat, et plebejum dicit.

A. DCXLIX. Ex Cassiodoro, Obsequente, Pædiano In Cornelianam, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani, Plutarcho, Sallustio, Eutropio, et inscriptione Mariana, cujus meminimus ad annum DCXLVI. C. Flavium *Titi filium* dicunt Pighius et Goltzius.

A. DCL. Ex Cassiodoro, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani, inscriptione Mariana supra memorata, Vellejo, Eutropio, Epitoma Liviana 67, et Cic. De provinc. L. Aurelium putamus cum Sigonio filium esse L. Orestis, Consulis anno DCXXVII.

A. DCLI. Ex Cassiodoro, Obsequente, Plutarcho, Eutropio, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani et inscriptione Mariana supra citata. Q. Lutatium *Quincti filium* dicimus ex alia veteri inscriptione Capitolina quam retulimus ad annum DCLXXV. Censores hoc anno fuisse quinquennale spatium suadet, ab eisque conditum Lustrum LXIV. Eorum alter, Q. Metellus Numidicus proditur a Sigonio ex Cicerone Pro Sextio, et Valerio lib. 8, Appiano, et Gellio lib. 1. Ab eodem et alter, nempe C. Cæcilius Metellus Caprarius ex Vellejo, uterque ex anteactis Consulatibus cognitus.

A. DCLII. Ex Cassiodoro, Cicerone De orator., Plutarcho, Epitoma Liviana 68, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani et inscriptione Mariana jam citata. M'. Aquillium *M'. F. M'. N.* dicimus cum Sigonio ex nummo argenteo apud Lauredanos.

A. DCLIII. Ex Cassiodoro, Obsequente, Cicerone In Catilinam, In Antonium, Pro Plancio, ex Plinio lib. 2, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani et inscriptione Mariana. Fallitur Sigonius, putans in lapidibus Capitolinis seu fragmento Consulari XIX exstare vestigia L. Valerii. Hunc Pighius et Goltzius filium putant L. Valerii, Consulis anno DCXXII.

A. DCLIV. Ex Cassiodoro, Obsequente, Plinio lib. 8, Gellio lib. 4, Fastis Siculis, Anoymi Norisiani, et fragmento XIX Capitolino, in quo sunt vestigia A. Postumii. M. Antonium *Caji filium* dicit Goltzius; Caji filium, *Marci nepotem*, Pighius. A. Postumium opinamur cum Sigonio fratrem esse Sp. Albini, Consulis anno DCXLIII; Goltzius vero *Auli filium*, *Auli nepotem* eum dicit.

A. DCLV. Ex Cassiodoro, Obsequente, Pædiano In Cornelianam, Fastis Siculis et fragmento XIX Capitolino. Mendose Anonymus *Metellum* hoc anno prodit et *Junium* pro *Didio*. Q. Cæcilium Quincti Baliarici filium, Quincti Macedonici nepotem dicit Pædianus loco citato. T. Didius descriptus est fragmento I. Triumphorum ad annum DCLX, quo Procos. ex Hispania triumphavit. Eorumdem Consulum meminit etiam inscriptio apud Gruterum pag. MCCCXXXV, 5 :

CN. MINDIO . C. F. PHAVORINO
SCRINIARIO etc.
II . KAL. AVG. Q. CAECILIO . METELLO
T. DIDIO . VIVIO . COS.

De qua nos id ipsum sentimus quod Cl. V. Muratorius sensit de alia ab eo relata ad annum DXCIX. Sic ille : *Hæc inscriptio tam recens est ut postremis hisce temporibus conficta mihi credatur; ecquando enim Kalendæ Augustæ fuerunt, quo tempore nondum natus Augustus?*

A. DCLVI. Ex Cassiodoro, Obsequente, Plinio lib. 30, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani et fragmento XIX Capitolino. Cn. Cornelium *Publii filium* dicit Pighius, nepotem vero Cn. Lentuli, Consulis anno DCVII. P. Licinium descripsimus ex ejus Censura in eodem fragmento ad annum DCXLI, et ex fragmento I. Triumphorum ad annum DCLX, quo Procos. de Lusitanis triumphavit. Fallitur Muratorius, qui pag. CCXC, 1, retulit ad hunc annum inscriptionem Romæ in Collegio Patrum Societatis Jesu :

OPPIAE . C. L
THEANONIS
OSSA . HIC
SITA . SVNT . AD
VII . KAL. IVL.
CN. LENT. M. CRAS. COS.

Addens : *Ex hoc lapide habes, Licinio Crasso prænomen* Marci *fuisse, non* Publii, *ut habent Fastorum illustratores*. Quid enim Consules anni hujus, a Fastorum conditoribus ex citato fragmento XIX probe cogniti, commune habent cum Consulibus in hac epigraphe nominatis, quos spectare videbimus ad annum DCCXXXIX? De Censoribus constat ex eodem fragmento, Valerio lib. 2, Quinctiliano lib. 3, et Cicerone De oratore lib. 2. Lustrum vero LXV ab iisdem Censoribus factum ex superioribus Lustris conjecimus.

A. DCLVII. Ex Cassiodoro, Obsequente, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani et fragmento XIX Capitolino. Cn. Domitii nomina habentur ex eodem fragmento in Censura Capitolina, quam gessit anno DCLXI. Collega C. Cassius in ipso dicitur *Lucii filius*, ejus, ut Sigonius putat, qui Consul fuit anno DCXXVI.

A. DCLVIII. Ex Cassiodoro, Obsequente, Pædiano In Cornelianam, Valerio lib. 8, Cicerone in Bruto et De offic., Anonymo Norisiano et fragmento XIX Capitolino. L. Licinium *Lucii filium* dicit Sigonius, quod, ut ait, sic legitur in eodem fragmento in Censura anni DCLXI. Nos vero, quo loco id erat legendum exesum penitus lapidem deprehendimus, ut ostendimus in *schemate I.* Exesum etiam invenere Pighius et Goltzius; eorum enim alter eumdem Licinium *Lucii filium*, *Publii nepotem* dicit; alter, *Publii filium*, *Publii nepotem*.

A. DCLIX. Ex Cassiodoro, Obsequente, Pædiano In Cornelianam, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani et fragmento XIX Capitolino. C. Cælium *Caji filium* dicit Goltzius; *Caji filium*, *Caji nepotem*, Pighius. Nummum quidem ex quo Goltzius hujus Consulis nomina eruit comprobat inscriptio apud Muratorium pag. CCXC, 2 : C. CAELIO . C. F. CALDO . . . . . DOMITIO . CN. F. AHENOBARBO . COS.

A. DCLX. Ex Cassiodoro, Obsequente, Plinio lib. 29, Cicerone in Bruto, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani et fragmento XIX Capitolino. C. Valerium *Lucii filium*, *Caji nepotem* dicit Pighius; *Lucii filium*, *Lucii nepotem*, Goltzius. Iidem M. Herennium vocant *Caji filium*.

A. DCLXI. Ita ex Cassiodoro, Obsequente, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani et fragmento XIX Capitolino. Horum Consulum patres opinamur cum Sigonio eosdem fuisse qui una Consulatum inierunt anno DCXXIII. Contra, C. Claudium *Appii filium* dicunt Pighius et Goltzius; quod autem iste Consul vocetur in eodem fragmento *Caji nepos*, id favet opinioni nostræ et Sigonii; C. enim Claudium, Consulem anno DCXXIII, *Caji filium* vocat Cicero Pro Planco, ad eumdem annum. De Censoribus constat ex eodem fragmento XIX, quorum alter Consul fuit anno DCLVII, alter anno DCLVIII. Contentiosam autem, propter dissimilitudinem morum, fuisse eorum Censuram docent Plinius lib. 17 et 36, Valerius lib. 9, cap. 1, Suetonius in Nerone, Cicero lib. 2 et 3 De oratore, et Gellius lib. 15.

A. DCLXII. Ex Cassiodoro, Obsequente, Plinio lib. 23, Eutropio, Orosio, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani et fragmento XIX Capitolino. L. Philippum *Quincti filium* dicit Cicero De officiis. Idem Consul descriptus est in XX fragmento in Censura quam gessit anno DCLXVII. Ad hunc annum pertinet inscriptio apud Gruter. pag. LXV, 3, iisdem notata Consulibus.

A. DCLXIII. Ex Cassiodoro, Obsequente, Pædiano, Vellejo, Epitoma Liviana 73, multisque aliis auctoribus qui scripsere de bello Marsico, præterea ex Fastis Siculis, Anonymi Norisiani et fragmento XIX Capitolino. L. Julius appellatus ita est ex eodem fragmento in Censura quam insequente anno gessit.

A. DCLXIV. Ex Cassiodoro, Pædiano, Fastis Siculis, fragmento XIX Capitolino et fragmento I. Triumphorum ad hunc annum, quo Cn. Pompejus de Asculanis et Picentibus triumphavit. Perperam Anonymus prodit hujus anni Consules hoc modo : *Pompejo et Strabone*. At hæc duo nomina unius Consulis sunt, nimirum Pompeji qui etiam Strabo dicebatur. Ad hunc annum referenda est apud Gruterum inscriptio pag. MXLII, 13 : CN. POMPEIO . STRABONE . ET . L. PORCIO . CATONE . COS. Censores hoc anno fuisse P. Licinium et L. Julium docent Plinius lib. 13 et fragmentum XIX; quorum alter fuit Consul anno DCLVIII, alter anno DCLXIII.

A. DCLXV. Ex Cassiodoro, Obsequente, Vellejo, Eutropio, Orosio, Appiano, Plutarcho, Pædiano, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani et fragmento XIX Capitolino. L. Sullam habemus ex Dictatura quam, ex fragmento XX, gessit anno DCLXXI. Q. Pompejum *Quincti filium* dicimus ex nummo argenteo apud Lauredanos, quem Sigonius retulit ad hunc annum.

Urb. An.					
666	Cn. Octavius . Cn. F. Cn. N. In . mag. OCC. E		L. CORnelius . L. F. L. N. Cinna . coact. abdicavit		Fragm. XIX.
			In . ejus . locum . factus . est		
			L. Cornelius ... F... N	Merula . Flam. Dial	
			Postea . quam . abdic. occIs. est		
667	L. CORNELIVS . L. F. L. N. CINNA	II	C. Marius . C. F... N. VII . In . m. m. e. in . e. l. f. e		
			L. Valerius ... F... N	Flaccus . II	Fragm. XX.
	CENS. L. MARCIVS . Q. F. Q. N	PHILIPPVS	M. PERperna . M. F... Nepos . Lustr. Fec. LXVI		
668	L. CORNELIVS . L. F. L. N	CINNA . III	CN. PapIrius . Cn. F. C. N	Carbo	
669	CN. PAPIRIVS . CN. F. C. N	CARBO . II . SOLVS	L. COrnelius . L. F. L. N	Cinna . IIII	
	CONSVLATVM . GESSIT		In . mag. occIsus . est		
670	DCLXX. L. CORNELIVS . L. F. L. N. SCIPIO	ASIATICVS	C. NOrbanus ... F... N. Bulbus		
671	C. MARIVS . C. F. C. N. IN . MAG. OCCIS. EST		CN. PapIrius . Cn. F. C. N. Carbo . III . In mag. occIs. est		
	L. CORNELIVS . L. F. P. N. SVLLA . FELIX		Dict	ReIp. Constituend. caussa	
	L. VALERIVS . L. F. L. N	FLACCVS	Mag. Eq		
672	M. TVLLIVS . M. F. A. N	DECVLA	CN. Cornelius ... F... N	Dolabella	
673	L. CORNELIVS . L. F. P. N	SVLLA . FELIX . II	Q. CAecIlius . Q. F. L. N	Metellus . Pius	
674	P. SERVILIVS . C. F. M. N. VATIA . QVI . POSTEA		AP. Claudius . C. F. C. N	Pulcher	
	ISAVRICVS . APPELLATVS . EST				
675	M. AIMILIVS . Q. F. M. N	LEPIDVS	Q. LVtatiuS . Q. F. Q. N	CATVLus	Fragm. XX, XXI, et XXII.
676	D. IVNIVS . D. F. M. N	BRVTVS	MAM. AiMILIVs . Mam. F... N. LepiD. LIVIan		
677	CN. OCTAVIVS . M. F. CN. N		C. SCRIBONIVS . C. F... N	CVRio	
678	L. OctavIVS . CN. F. CN. N		C. AVRelIVS . M. F... N	COTta	
679	L. LIcIniuS . L. F. L. N	LVCVLLVS	M. AVreLIVS . M. F... N	Cotta	
680	DCXXC. M. TerentIVS . M. F. N. Varro	LVCVLL	C. CAssiuS . L. F... N	Varus	
681	L. Gellius . L. F... N	Poplicola	Cn. Cornelius . Cn. F... N	Lentulus . Clodianus	
682	Cn. Aufidius ... F... N	Orestes	P. Cornelius ... F. P. N	Lentulus . Sura	

A. DCLXVI. Ex Cassiodoro, Appiano, Vellejo aliisque antiquis scriptoribus, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani et fragmento XIX Capitolino. Perperam Muratorius in locum Cn. Octavii, in magistratu occisi, Cinnam suffectum adserit, quem citati scriptores Consulem ordinarium cum eodem Cneo Octavio fuisse testantur. Cn. Octavius est Cn. filius, ejus qui Consul fuit anno DCXXV.

A. DCLXVII. Ex Cassiodoro aliisque qui de bello Civili scripserunt, præterea ex Fastis Siculis, Anonymi Norisiani, inscriptione Mariana in præcedentibus C. Marii Consulatibus sæpius memorata, et fragmento XX Capitolino. L. Valerium, quem auctores allati superius C. Mario suffectum narrant, nos eumdem esse qui anno DCLIII cum Mario VI Consule Magistratum inierat, putamus cum Sigonio aliisque Fastorum concinnatoribus. Censores hoc anno fuisse eosdem quos describimus satis constat ex eodem fragmento XX Capitolino, ex Cicerone In Verrem, Plinio lib. 7 et Valerio lib. 8. Lustrum ab eis factum tradit Eusebius, quod, juxta summam Capitolinam, LXVI fuit, eoque millia CDLXIII civium censa.

A. DCLXVIII. Ex Cassiodoro, Epitoma Liviana 83, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani et fragmento XX Capitolino. Cn. Papirius ex insequente Consulatu descriptus est.

A. DCLXIX. Ex Cassiodoro, Epitoma Liviana, Anonymo Norisiano et fragmento XX Capitolino. Male, ut putamus, Fasti Siculi *Carbonem* hoc anno nobis obtrudunt et *Scribonium*.

A. DCLXX. Ex Cassiodoro, Obsequente, Appiano, Eutropio, Floro, Tacito lib. XIX, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani, fragmento XX Capitolino et inscriptione apud Gruterum pag. MXXXI, 9 :

M. POMPILIO . M. F. QVIR. SABINO
EQ. ROM. VIXIT . ANN. LVII
M. POMPILIVS . M. F. QVIR. ASPPER
PATRI . PIISS. POS. K. IVN
L. SCIPIONE . ASIATICO . ET . C. NORBANO . BVLBO

Norbanum hunc *Flacci* cognomine notant Petavius et Goltzius, nullo veterum monumento in medium prolato. Pighius, Stampa et Muratorius eumdem Norbanum *Junium* nominant; quandoquidem C. NO*rbanus* dicitur in fragmento Capitolino, itaque dictus est a veteribus, quorum mos est integra prodendi Consulum nomina.

A. DCLXXI. Ex Cassiodoro, Appiano, Vellejo aliisque, et fragmento XX Capitolino. Anonymus Gratiliani cognomine C. Marium vocat; quod cognomen nemo alius huic Consuli tribuit, nec ipse Anonymus in superioribus sex ejusdem Marii Consulatibus. De L. Syllæ Dictatura cum L. Flacco Magistro Equitum constat ex fragmento L Triumphorum, Appiano et Vellejo, Epitoma Liviana et Plutarcho, qui cum Appiano auctor est Syllam non abdicasse, nisi tertio anno postquam P. Servilius Vatia et Ap. Claudius Pulcher Consules facti sunt.

A. DCLXXII. Ex Cassiodoro, Appiano, Gellio lib. 15, Cicerone Pro Plancio, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani et fragmento XX Capitolino. Cn. Cornelium *Cnei filium*, *Cnei nepotem* dicit Pighius; *Lucii filium*, *Lucii nepotem*, Goltzius.

A. DCLXXIII. Ex Cassiodoro, Cicerone In Verrem, Gellio lib. 15, Appiano (a quo Sylla Dictator, ut speciem quamdam Respublica habere videretur, traditur se Consulem renuntiasse), Fastis Siculis, Anonymi Norisiani, fragmento XX Capitolino et vetere inscriptione apud Muratorium pag. CCXCI, 1. Q. Metellus est Quincti Numidici filius, ejus qui Consul fuit anno DCXLV. Alia inscriptio ad hunc annum referenda est apud Gruterum pag. XXXIX, 5, quæ in Aventino reperta est :

LAPIS . AVSP. S. Q. CAECILIO . METELLO
sic PONT. MAX. SOLEMNI . CVM
PRAECATIONE . PAL. POP. ROM. CONIECTVS
IN . FVNDAMENTA . PORTICVS . MINERV....
AVENTINENS . AB . LATERE . COLL...
VIC. ARMILVSTR. D .....
IN . HVNC . D. AVGVR. AVSPI ...
TEMPL. CONSECRA ....
M. CASCELL. AED. CVRV ...
A. V. C. DCLXXIV
(Qui juxta summam Capitolinam est DCLXXIII)
L. CORNELIO . SYLLA ....
Q. CAECILIO . METELLO

A. DCLXXIV. Ex Cassiodoro, Appiano, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani et fragmento XX Capitolino. P. Vatia notus etiam est ex fragmento L Triumphorum ad annum DCLXV, quo Proprætor ex ...... triumphavit. Ap. Claudium putamus cum Sigonio filium esse C. Claudii Pulchri, Consulis anno DCXXIII. Contra Goltzius *Ap. Pulchri filium* dicit, ejus qui Consul fuit anno DCX.

A. DCLXXV. Ex Cassiodoro, Appiano, Cicerone Pro Cornelio, Plinio lib. 36, Plutarcho in Sylla, Valerio lib. 2, cap. 3, Eutropio, Floro, Epitoma Liviana 89, et ex tribus fragmentis Capitolinis simul junctis, nimirum XX, XXI et XXII. Ad hunc annum spectat inscriptio Capitolina :

Q. LVTATIVS . Q. F. Q. N. CATVLVS . COS
SVBSTRVCTIONEM . ET . TABVLARIVM . EX . S. C
FACIVNDVM . COERAVIT

Utrumque vero Consulem prodit alia inscriptio, sive exemplum Senatus Consulti, sive fœderis in ænea tabula, apud Gruterum pag. L, 3 : ΕΠΙ . ΥΠΑΤΩΝ . ΚΟΙΝΤΟΥ . ΛΥΤΑΤΙΟΥ . ΚΟΙΝΤΟΥ . ΥΙΟΥ . ΚΑΤΛΟΥ . ΚΑΙ . ΜΑΡΚΟΥ . ΑΙΜΙΛΙΟΥ . ΚΟΙΝΤΟΥ . ΥΙΟΥ . ΜΑΡΚΟΥ . ΥΙΩΝΟΥ . ΛΕΠΙΔΟΥ . etc.

A. DCLXXVI. Ex fragmentis XX, XXI et XXII Capitolinis, Sallustio, Cicerone lib. 2 De offic., et Fastis Siculis. *M. Æmilium* pro *Mam. Æmilio* produnt Cassiodorus, Obsequens et Pædianus In Cornelianam. Citata autem fragmenta perperam divulsa inspiciuntur in Capitolio; fragmentum enim XXI positum est ante fragmentum XII, part. II; fragmentum autem XXII solitarie sepositum cernitur et inclusum in recentiori albo lapide qui in *schemate* vergit ad dexteram, cum hac epigraphe : QVONIAM . IN . QVO . LOCO . REPONERETVR . NON . LIQVET, addita a Delphinio, a quo Verriani Fasti parietibus Capitolinis adfixi sunt eo prorsus ordine quem ostendimus in eodem *schemate*. Hunc Delphinii lapsum arguit Sigonius. *Mam. Æmilium Livianum* geminare videtur Anonymus, apud quem hujus anni Consules sunt *Mamercus* et *Julianus*, ut puto, pro *Liviano*.

A. DCLXXVII. Ex iisdem fragmentis XX, XXI et XXII Capitolinis, Cassiodoro, Obsequente, Cicerone in Bruto, Lactantio De ira Dei, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. C. Scribonium *Caji filium* Oratorem dicit Cicero loc. cit., ejus qui tres Cajos Curiones ætate antecessit.

A. DCLXXVIII. Ex iisdem tribus fragmentis, Cassiodoro, Plinio lib. 2, cap. 35, Anonymo Norisiano aliisque. Tres hisce temporibus Cottas Consulares fuisse narrat Pædianus : nempe Cajum hoc anno Consulem, Marcum insequente anno, et Lucium anno DCLXXXVIII.

A. DCLXXIX. Ex Cassiodoro, Eutropio, Appiano, Plutarcho, Cicerone In Verrem, Epitoma Liviana 93 et 94, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani et fragmentis XX et XXI Capitolinis. M. Aurelium Marci filium vocat Pædianus, ut præcedente anno dictum est.

A. DCLXXX. Ex Cassiodoro, Cicerone In Verrem et fragmentis XX et XXI Capitolinis. Perperam pro *Terentio Licinium* prodit Anonymus, *Marcellum* Fasti Siculi. L. Lucullum præcedente anno et M. Lucullum hoc anno Consules fratres vocant Cicero in Lucullo et Plutarchus. At in fragmento XX, alter *Lucii*, alter *Marci* filius dicitur. Hanc controversiam conciliat Eutropius, ubi eos consobrinos fuisse tradit. Muratorius pag. CCXCI, 3, schedam gladiatoriam sibi Roma missam retulit, in qua legitur :

PHILODAMVS . DOTIE
A. D. X. K. NOV
SPECT
M. TEREN
D. CAS

hoc anno Consulibus; addiditque : *In prænomine Cassii sitne error heic, an in Fastis aliorum opera adornatis, ego quidquam decernere non ausim.* Erratum tamen esse in exemplo tesseræ eidem Roma misso constat cum ex relato fragmento XXI Capitolino, tum ex inscriptione fistulæ plumbeæ apud Gruter. pag. CLXXXII, 11 : M. VLPI . SVLPIC. C. CASSIO . VARO . M. LICINIO . LVCVLLO . COS

A. DCLXXXI. Ex Cassiodoro, Cicerone In Verrem, Plutarcho in Crasso, ceterisque qui de bello contra Spartacum scripsere, Anonymo Norisiano et tabula ænea priscis characteribus inscripta, cujus exemplum evulgavit Gruterus pag. D et DI. L. Gellium putamus cum Sigonio patrem esse L. Gellii, qui in fragmento XIIX Capitolino, part. II ad annum DCCXVII, quo Consul factus est, dicitur *Lucii filius, Lucii nepos*. C. Cornelium Clodianum *Cnei filium* vocat Cicero lib. 2 Ad Atticum.

A. DCLXXXII. Ex Cassiodoro, Eutropio, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. Cneum Aufidium Cnei filium dicunt Pighius et Goltzius. P. Cornelium *Publii nepotem* vocat Cicero Pro domo sua et In Catilinam, ejus scilicet qui fuit princeps Senatus.

An. Urb.					
683	*Cn. Pompejus . Cn. F. Sex. N*	*Magnus*	*M. LicInius . P. F. M. N*	*Crassus . DIves*	
	Cens. Cn. Cornelius . Cn. F. . . N	*Lentul. Clodian.*	*L. Gellius . L. F. . . N. Lustrum . Fecer. LXVII*		
684	*Q. Hortensius . L. F. . . Nepos*		*Q. CaecIlius . L. F. Q. N*	*Metellus*	
			QuI . postea . Creticus . appellatus . est		
685	*L. CaecIlius . L. F. Q. N*	*Metellus*	*Q. Marcius . Q. F. . . N*	*Rex . Solus*	
	Ante . quam . inIret . mortuus . est		*Consulatum gessit*		
686	*C. Calpurnius . . . F. . . N*	*PIso*	*M'. AcIlius . M. F. M. N*	*Glabrio*	
687	*M'. Aimilius . . . F. . . N*	*Lepidus*	*L. Volcatius . . . F. . . N*	*Tullus*	
688	*P. Cornelius . Ser. F. P. N*	*Sulla*	*P. Autronius*	*Paitus*	
	Ambitus . DamnatI . non . inierunt . in . eorum . locum . factI . sunt				
	L. Aurelius . M. F. . . N	*Cotta*	*L. Manlius . L. F. . . N*	*Torquatus*	
	Cens. Q. Lutatius . Q. F. Q. N	*Catulus*	*M. LicInius . P. F. M. N. Crassus . abdicarunt*		
689	*L. Julius . L. F. L. N*	*Caesar*	*C. Marcius . C. F*	*Figulus*	
	Cens. L. Aurelius . M. F	*Cotta*	*P. ServIlius . C. F. M. N*	*Vatia . Isauricus*	
690	*M. Tullius . M. F. M. N*	*Cicero*	*C. Antonius . M. F. C. Nepos*		
691	*D. Junius . M. F. . . N*	*SIlanus*	*L. LicInius . L. F. . . N*	*Murena*	
692	*M. Pupius . M. F. . . N*	*PIso . Calpurnian*	*M. Valerius . M. F. M. N*	*Messalla . Niger*	
	Cens.			*Lustrum . Fecer. LXVIII*	
693	*L. Afranius . A. F. . . Nepos*		*Q. CaecIlius . Q. F. L. N*	*Metellus . Celer*	
694	C. IVLIVS . C. F. C. N	*Caesar*	*M. Calpurnius . . . F. . . N*	*Bibulus*	
695	L. CALPVRNIVS . L. F. L. N	*Piso . CaesonInus*	*A. GabInius . A. F. . . Nepos*		Fragm. XXIII
696	P. CORNELIVS . *P. F. L. N*	*Lentulus . Spinther*	*Q. CaecIlius . Q. F. Q. N*	*Metellus . Nepos*	
697	CN. CORNELIV*s . P. F. . . N*	*Lentul. MarcellIn*	*L. Marcius . L. F. Q. N*	*Philippus*	
698	*Cn. Pompejus . Cn. F. Sex. N*	*Magnus .* $\overline{II}$	*M. LicInius . P. F. M. N*	*Crassus .* $\overline{II}$	
	Cens. M. Valerius . M. F. . . N	*Messalla . Niger*			
699	*L. Domitius . Cn. F. Cn. N*	*Ahenobarbus*	*Ap. Claudius . Ap. F. C. N*	*Pulcher*	
700	*Cn. Domitius . M. F. M. N*	*CalvInus*	*M. Valerius . . . F. . . N*	*Messalla*	
701	*Cn. Pompejus . Cn. F. Sex. N*	*Magnus .* $\overline{III}$	*Q. CaecIlius . Q. F. Q. N*	*Metellus . Pius . ScIpio*	
	PrImus . sine . Conlega . ex . A. D. V. Kal. Mart.		*Ex . Kal. SextIl*		
702	*Ser. Sulpicius . Q. F. . . N*	*Rufus*	*M. Claudius . M. F. M. N*	*Marcellus*	
703	*L. Aimilius . M. F. . . N*	*Paullus*	*C. Claudius . C. F. M. N*	*Marcellus*	

A. DCLXXXIII. Ex Cassiodoro, Plutarcho, Appiano, Sallustio in Catilina, Pædiano in Divinat., Epitoma Liviana 97, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. Cn. Pompejum Magnum, Serrano et Cæpione Consulibus, anno Urb. DCXLVII natum esse scribit Paterculus. M. Licinius est filius P. Licinii, Consulis anno DCLVI et Censoris anno DCLXIV. Eumdem sic vocat Dio ad annum apud nos DCXCVIII, quo iterum cum Magno Consul fuit. Censores hoc anno fuisse constat ex Pædiano loc. cit. Eorum nomina produnt Plutarchus et Epitoma Liviana, quæ nos ex anteactis Consulatibus attulimus. Lustrum ab eis conditum, eoque millia CDL civium censa leguntur ex eadem Epitoma.

A. DCLXXXIV. Ex Cassiodoro, Pædiano, Josepho Antiquit. Judaic. lib. 14, et Fastis Siculis. *Nepotem* pro Hortensio, quod caruit cognomine, juxta morem suum, vocat Anonymus; Consulem hunc Lucii filium vocat Cicero in Bruto. Q. Metellum L. Metelli Delmatici filium putamus cum Sigonio, ejus nempe qui Consul fuit anno DCXXXIV.

A. DCLXXXV. Ex Cassiodoro, Pædiano, Dione, Sallustio et Fastis Siculis. Anonymus, pro *Rege*, *Vaciam* appellat. L. Cæcilium Q. Cæcilii Cretici, priore anno Consulis, filium dicit Pædianus. Q. Marcium *Quincti filium* vocat Dio.

A. DCLXXXVI. Ex Cassiodoro, Dione, Cicerone lib. 12 Ad Atticum, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. M'. Acilium M'. filium, M'. nepotem scripsimus ex Pædiano.

A. DCLXXXVII. Ita ex Dione, Sallustio in Catilina, Pædiano In Cornelianam et Anonymo Norisiano. Unum prodit M'. Lepidum Cassiodorus; unum Volcatium Tullum Fasti Siculi, quem Goltzius ex suis incertæ fidei nummis *Quincti filium* vocat.

A. DCLXXXVIII. Ex Dione, Sallustio, Pædiano in toga, Cicerone lib. 2 De finibus, Contra Rullum, In Catilinam et De divinat., Nepote in Attici Vita, et Anonymo Norisiano. P. Sullam *Servii* filium dicit Sallustius, filium fratris L. Syllæ Dictatoris vocat Dio. Consules suffecti L. Aurelius. M. F., L. Manlius L. Filius dicuntur in indice lib. 36 Dion. Ex eodem libro constat de Censoribus, quorum nomina prodit Plutarchus, ubi eos ob dissensiones inter se ortas Magistratu abiisse narrat. Eadem nomina ex anteactis Consulatibus protulimus.

L. DCLXXXIX. Ex Cassiodoro, Pædiano, Dione, Cicerone Pro Sylla, Sallustio in Catilina et Fastis Siculis. Anonymus *Farinum* tradit pro *Figulo*. Cuspiniani liber *Thermum* suggerit, quod alterum Caji Marcii cognomen fuisse ex Cicerone Ad Attic. Epist. 1 suspicatur Sigonius. L. Julius L. Cæsaris filius fuit, ejus qui Consulatum gessit anno DCLXIII. C. Marcius *Caji filius* vocatur a Dione, a quo creatos in hunc annum Censores fuisse, nec quidquam ab eis gestum scribitur. De eorum altero, nempe Cotta, testis est Plutarchus, ubi ait hunc Censorem fuisse quo anno Cicero Consulatum petiit. Conlegam P. Servilium scripsimus ex Sigonio. Contra Pighius et Goltzius ajunt fuisse L. Aurelium Cottam et Q. Cæcilium Metellum Pium; quo mortuo in Magistratu, Cottam abdicasse. At inquit Sigonius: *De Servilio auctor est Valerius, qui lib. 8 scribit: P. Servilium Consularem, Triumphalem, majorum suorum titulis Isaurici cognomen adjecisse; quoniam autem illum ante hunc annum Censuram non gessisse constat; propterea Conlegam L. Cottæ fuisse arbitratus sum.*

A. DCXC. Ex Cassiodoro, Plinio lib. 8, Sallustio in Catilina, Suetonio in Augusto, Plutarcho in Cicerone, Vellejo lib. 2, Josepho Antiquit. Judaic. lib. 14, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. M. Tullius *Marci filius, Cicero*, C. Antonius *Marci filius* dicuntur a Dione. Idem *Marci* prænomen fuisse Ciceronis avo constat ex lib. 5 Epistolarum, 2 De orat. et 3 De legibus. C. Antonium M. Antonii Oratoris filium dicit Pædianus in Toga candida.

A. DCXCI. Ex Cassiodoro, Dione, Sallustio, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. D. Junium *Marci filium*, L. Licinium *Lucii filium* vocat Dio.

A. DCXCII. Ex Cassiodoro, Pædiano, Dione, Plinio lib. 7 cap. 26, lib. 8 cap. 26, et lib. 37 cap. 2, Cicerone lib. 1 Epist. ad Attic., Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. M. Papius *Marci filius*, M. Valerius *Marci filius* dicuntur a Dione Censores hoc anno fuisse, et Lustrum ab eis factum fatentur Dio et Cicero loc. cit. Qui vero fuerint non constat, etsi Pighius et Goltzius velint *P. Valerium, Caji filium, Marci nepotem, Vatiam*, quem nos Censorem quadriennio ante fuisse vidimus, et *Mam. Æmilium, Mamerci filium, Marci nepotem, Lepidum Livianum* ex suis sublestæ fidei nummis.

A. DCXCIII. Ex Cassiodoro, Dione, Obsequente, Cicerone lib. 1 Ad Atticum, Plinio lib. 2, cap. 67, Nepote, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani et tessera gladiatoria, Florentiæ apud Gorium a Muratorio pag. CCXCII, 1, relata. L. Afranium *Lucii filium*, Quinctum Cæcilium *Quincti filium* vocat Dio. L. Afranium *Auli filium* dicit Cicero lib. 5 Epistol. Nos Ciceronem sequimur cum Sigonio ceterisque Fastorum conditoribus.

A. DCXCIV. Ex Cassiodoro, Suetonio, Dione, Epitoma Liviana, Plutarcho, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani et fragmento XXIII Capitolino. M. Calpurnium *Lucii filium* dicit Goltzius ex suis incertæ fidei numismatibus. Eumdem prænomine *Lucii* donat Pighius, Appianum, Orosium et Eutropium secutus.

A. DCXCV. Ex Cassiodoro, Plutarcho in Catone Min., Cicerone In Pisonem et Pro Sextio, Pædiano, Cæsare lib. 1 De bello Gallico, et fragmento XXIII Capitolino. *Cæsonianum* et *Camonium* prodit Anonymus. L. Calpurnius *Lucii filius*, A. Gabinius *Auli filius* dicuntur a Dione.

A. DCXCVI. Ex Cassiodoro, Dione, Valerio lib. 9, Plinio lib. 7, cap. 2, Cicerone in 1 Epistolarum, Pædiano In Milonianam, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani et fragmento XXIII Capitolino. P. Cornelium Publii filium, Q. Cæcilium Quincti filium vocat Dio.

A. DCXCVII. Ex Cassiodoro, Dione, Plutarcho in Catone, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani et fragmento XXIII Capitolino. Cn. Cornelium Publii filium vocat Dio; Lucium autem Philippum, *Lucii filium*, ejus qui Consul et Censor fuit anno DCLXII et DCLXVIII.

A. DCXCVIII. Ex Dione, Appiano, Pædiano, Eutropio, Plutarcho, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani, Consules fuerunt Cn. Pompejus Cnei filius, M. Licinius Publii filius; quos etiam Conlegas novimus anno DCLXXXIII. Censores hoc anno fuisse subindicat Cicero Epist. ad Attic. lib. 4. Qui vero fuerint compertum non est. Eum quem referimus eruit probabili conjectura Sigonius ex Plinio lib. 7, cap. 12, et Valerio lib. 9, cap. 15. Conlegam addunt Pighius et Goltzius M. Calpurnium, qui Consul fuit anno DCXCIV, putantque hoc anno factum Lustrum, quod LXX est apud eos. At negat Cicero in Epistola ad Atticum proxime secutis scripta Consulibus: *Non enim*, ait, *puto te de Lustro quod jam desperatum est quærere.*

A. DCXCIX. Ex Cassiodoro, Obsequente, Dione, Pædiano in Orat. pro Scauro, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. L. Domitium *Cnei filium*, Appium Claudium *Appii filium* dicit Dio. L. Domitium *Cnei filium Ahenobarbum* dicit quoque Cælius in 8 Epistolar. quos utriusque Consulis patres jam novimus, alterum Censorem anno DCLXI, alterum Consulem anno DCLXIV.

A. DCC. Ex Dione, Appiano, Cicerone Ad Q. fratrem, Cassiodoro, Plutarcho, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. Cneus Domitius notatus est ex fragmento XIII Capitolino, part. II, ad annum DCCIX, quo dicitur Magister Equitum designatus; præterea ex fragmento III Triumphorum ad annum DCCXVII, quo Procos. ex Hispania triumphavit. M. Valerium *Caji filium* dicunt Pighius et Goltzius ex suis incertæ fidei nummis.

A. DCCI. Ex Pædiano, Dione, Appiano, Plutarcho, Epitoma Liviana 107, Fastis Siculis et inscriptione apud Muratorium pag. CCXCII, 2. *Magnum* $\overline{III}$ *solum* prodit Anonymus, quod sane convenit iis quæ habet Pædianus: *Pompejum ab Interrege solum creatum, quo facilius Rempublicam constitueret seditionibus agitatam et vitaret invidiam; in quinque postremos anni menses Q. Metellum Scipionem socerum sibi Conlegam subrogavit*; quem *Quincti filium Metellum Pium* nominat Cælius, *Nasicæ filium*, Dio.

A. DCCII. Ex Cassiodoro, Plutarcho, Dione, Appiano, Cicerone in Epist., Suetonio in Cæsare, Epitoma Liviana; Fastis Siculis, Anonymi Norisiani et inscriptione Grumentina apud Muratorium pag. CCXCIII, 1. Ser. Sulpicium *Quincti filium*, M. Claudium *Marci filium* dicit Dio, germanum fratrem C. Claudii, qui *Marci filius*, *Marci nepos* dicitur in eodem fragmento XIII Capitolino, part. II, ad annum DCCIV, quo Consul factus est cum L. Cornelio Lentulo.

A. DCCIII. Ex Cassiodoro, Dione, Suetonio, Hirtio lib. 8, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani, L. Æmilium *Marci filium* dicit Dio, C. Claudium *Caji filium* Cicero in Epist. De Censoribus et Lustro constat ex Dione et Cæsare lib. 1 De bello Civili. Uterque autem Censor ex anteactis Consulatibus descriptus est.

An. Urb.					
	Cens. Ap. Claudius . Ap. F. C. N	*Pulcher*	*L. Calpurnius . L. F. L. N. PIso . CaesonInus . L. F. LXIX*		
704	C. CLAVDIVS . M. F. M. N	MARCELLVS	L. CORnelius . P. F... N	*Lentulus*	Fragm. XIII, part. II.
	EODEM . ANNO				
	C. IVLIVS . C. F. C. N	CAESAR	DICt. *sine . Mag. Eq. Comit. habend. caussa*		
705	C. IVLIVS . C. F. C. N	CAESAR . II	P. SERvIlius . P. F. C. N	*Vatia . Isauricus*	
	C. IVLIVS . C. F. C. N	CAESAR . II	*Dict* *R. P. C. Et . R. G. C*		
	M. ANTONIVS . M. F. M. N		*MAg. Eq*		
	EODEM . ANNO				
706	Q. FVFIVS . Q. F. C. N	CALENVS	P. VAtinius . P. F		
707	C. IVLIVS . C. F. C. N	CAESAR . III	M. Aimilius . M. F. Q. N	*Lepidus*	
	C. IVLIVS . C. F. C. N	CAESAR . III	*Dict* *R. P. C. Et . R. G. C*		
	M. AIMILIVS . M. F. Q. N	LEPIDVS	*MAg. Eq*		
	EODEM . ANNO				
708	C. IVLIVS . C. F. C. N	CAESAR . IIII	SINE . *Conlega*		
	EODEM . ANNO				
	Q. FABIVS . Q. F. Q. N. MAXIMVS . IN . *Mag*		*C. Trebonius . C. F... Nepos*		
	MORTVVS . EST . IN . EIVS . *Locum . F. E*				
	C. CANINIVS . C. F. C. N	RE*bilus*			
	C. IVLIVS . C. F. C. N	CAE*sar . IIII*	*Dict* *R. P. C. Et . R. G. C*		
	M. AIMILIVS . *M. F. Q. N*	*Lepidus . II*	*Mag. Eq*		
	C. Octavius . C. F. C. N		*Mag. Eq*		Fragm. XXIIII.
	QuI . postea . C. Julius . Caesar . appell. est				
	VT . QVM. M. *Lepi*DVS . PALVDATV*s . exIsset . inIret*				
	CN. DOMITIV*s* . M. F. M. N	CALVINVS	*Mag. Eq*		
	IN . INSEQVENTEM . ANN*um . designat*				
	ERAT NON . INIIT				
709	C. IVLIVS . C. F. *C. N*	CAESAR . V	*M. Antonius . M. F. M. Nepos*		
	P. COR*nelius . P. F*	*Dolabella*			
710	C. VIBIVS . C. F. *C. N*	*Pansa*	*A. Hirtius . A. F... N. In . proel. occ. e. in . e. l. f. e*		
	IN . MAG. M*ortuus . est . in . ejus loc. f. e*		*Q. Pedius . M. F... N. In . mag. mortuus . e. in . e. l. f. e*		
	C. IVLIVS . C. F. *C. N. Caesar . Octavian. QuI*		*P. Ventidius . P. F* *Idem . quI . Praetor . erat*		
	POSTEA . IMPE*rator . Caes. Augustus . ap*				
	EST . ABD. IN . *ejus . locum . factus . est*				
	C. CarrInas . C. F... Nepos				
	M. Aimilius . M. F. Q. N	*Lepidus*			
	M. Antonius . M. F. M. Nepos		*III . VirI . R. P. C. ex . A. D. V. K. Dec. A. Pr. K. Ian. Sextas*		
	Imp. Caes. C. F. C. N	*Octavian*			

A. DCCIV. Ex fragmento XIII Capitolino, part. II, Cassiodoro, Appiano, Plutarcho, Hirtio, Floro, Cicerone in Epist., Dione et Fastis Siculis. Lucium Cornelium *Publii filium* dicit Dio. Eumdem *Cruscellum* pro *Lentulo* vocat Anonymus, additque : *Hucusque Dictatores fuerunt* (sic enim vocat Consules, quod superius innuimus), ut scilicet majores a minoribus distinguat et honorariis in posterum creari cœptis. Fallitur Muratorius, dum putat C. Claudium, hoc anno Consulem, eumdem esse qui priore anno Consul fuit; non enim in fragmento iterati Consulatus nota nunc legitur, quam ipse adjicit; neque Claudius, hoc anno Consul, est *Caji filius*, ejus cujus Claudium, superiore anno Consulem, filium esse ait Cicero in Epist. Est autem hoc anno Consul *Marci filius*, ut patet ex eodem fragmento XIII, part. II, ad hunc annum; quod et Cæsarem Dictatorem creatum sine Magistro Equitum fuisse arguit.

A. DCCV. Ex fragmento XIII Capitolino, part. II, Cassiodoro, Plutarcho, Suetonio, Appiano et Anonymo Norisiano. P. Servilium *Publii filium* dicit Dio, ejus qui Consul fuit anno DCLXXIIII et Censor anno DCXXCIX.

A. DCCVI. Cum de C. Cæsare iterum Dictatore et M. Antonio Magistro Equitum, tum de hujus anni Consulibus satis constat ex fragmento XIII, part II. Horum alter P. Vatinius *Publii filius* dicitur in fragmento LII Triumphorum ad annum DCCX, quo Proconsul de Illyrico triumphavit et in Dionis Indice. Iidem Consules traduntur a Cassiodoro, Plutarcho, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani, aliisque.

A. DCCVII. M. Æmilium, alterum Consulem, ex iis descripsimus quæ habentur de eo in fragmento XIII, part. II, anno tamen sequenti. Discrepat autem inter eos de tertia C. Cæsaris Dictatura, quam Dio, Suetonius et Hirtius conjiciunt in hunc annum, ita ut insequente anno Cæsar non *tertium*, subsequente vero *quartum* sit Dictator, prout legitur in eodem fragmento XIII, part. II, et fragmento LII Triumphorum, nimirum : C. IVLIVS . C. F. C. N. CAESAR . DICT. IIII . A. DCCIX; sed fit hoc anno *tertium*, insequente *quartum*, subsequente autem *quinctum*. Nos fragmentis Capitolinis adhæremus, quibuscum concordat fragmentum lapidis Colotiani ad hunc annum a Sigonio relatum; in hoc enim Cæsar Dictator IV legitur, quo tempore proditur Consul V cum M. Antonio M. F., nempe anno DCCIX.

A. DCCVIII. Ex eodem fragmento XIII Capitolino, part. II, et citato fragmento lapidis Colotiani, in quo *C. Trebonius C. F.* legitur Conlega Consulis Q. Fabii. Corrigendi sunt Stampa et Muratorius, ubi Fabium *Caji* prænomine insigniunt pro *Quincti*. Cæsarem hoc anno Consulem *quartum* sine Conlega produnt, præter fragmentum Capitolinum, etiam Dio, Plutarchus, Fasti Siculi, et Anonymi Norisiani. Q. Fabium in postremum anni trimestrem Consulem factum tradit Suetonius; eo autem mortuo ultimo anni die, in reliquas horas C. Caninium Consulem a Cæsare dictum narrat Dio. Hinc Tullius in Eumdem : *Vigilantissimus est Consul noster, qui in Consulatu suo somnum non vidit,* eique Caninio exprobrante quod ad eum non venisset : *Veniebam*, inquit, *sed nox me comprehendit.*

A. DCCIX. Ex fragmento XIII, part. II, et fragmento XXIIII Capitolinis, ex lapide Colotiano et vetere inscriptione apud Muratorium pag. CCXCIII, 2. Duos hoc anno Magistros Equitum legimus in iisdem fragmentis, M. Æmilium et Cn. Domitium, quibus tertius interponitur C. Octavius a Dione; quod, ut ait, cum Cæsar multis se debere sentiret, his honoribus beneficia compensare voluerit. Itaque, cum M. Antonium, quem anno DCCVI Magistrum Equitum dixerat, Conlegam sibi nunc in Consulatu cooptasset in totum annum, Publiumque Cornelium, ex Colotiano lapide *Publii filium*, in eodem Consulatu sibi suffecisset, M. Æmilium in Dictatura sibi Magistrum Equitum dixit; quo Paludato in Galliam et Hispaniam exeunte, alterum Magistrum Equitum subrogavit C. Octavium; tertium vero in insequentem annum creavit Cn. Domitium, qui postea, C. Cæsare interfecto, inire Magistratum illum non potuit. Sic ex Dione et fragmentis supra relatis. C. Octavium *Caji filium*, *Caji nepotem* diximus ex Suetonio, Vellejo et inscriptione apud Gruter. pag. CCXXVI, 5, filium nempe C. Octavii, viri Prætorii, et Atiæ, quam genuerant M. Atius Balbus et Julia Cæsaris Dictatoris soror. Eumdem, quod ab avunculo C. Cæsare in nomen et familiam suam fuerit adoptatus, ideo exinde dictum in fragmentis Consularibus Capitolinis *Divi filium*, Cæsare inter Divos relato; in fragmento autem LII Triumphorum, *Divi filium*, *Caji filium*, ut patrem ejus adoptivum una prodat et naturalem.

DCCX. Ex fragmento XXIIII Capitolino et fragmento LII Triumphorum hujus anni, quo M. AIMILIVS . M. F. Q. N. LEPIDVS . III . VIR. R. P. C. PRO . COS. EX . HISPANIA triumphavit, et ex citato lapide Colotiano; quocum consentiunt Cassiodorus, Fasti Siculi, Anonymi Norisiani, inscriptio apud Norisium Epistola Consulari ad annum DCCLXXXII, aliique superius relati. Mendose, ait Sigonius, legi in Cuspiniani Fastis *Cretonianum* pro *Capronianо*, quo cognomine notat Vibium Pansam. Vibio huic cum ex fragmento Capitolino, tum ex Colotiano lapide suffectum legimus C. Julium Octavianum; in Cuspiniani vero Fastis prior est C. Julius, posterior Cretonianus. Etsi autem lapis Colotianus Consulibus anni hujus sola patrum nomina supponat, Cajum tamen Caji Vibii avum legimus ex argenteo Paulli Manutii nummo, quem Sigonius retulit ad hunc annum. Est apud Gruterum pag. CLXIV, 3 inscriptio : A. HIRTIVS . A. F. M. LOLLIVS . C. F. COS. FVNDAMENTA . MVROSQVE . E . SOLO . FACIVNDA . COERAVERE . EIDEMQVE . PROBAVERE. Hunc autem Lollium hoc anno Consulem nullus prodit. Invenitur profecto Marcus quidam Lollius Consul anno DCCXXXII cum Conlega Q. Æmilio, nec tamen *Caji filius* dicitur, sed *Marci*, ut habet inscriptio Romæ in Ponte Fabricio, quam retulimus ad eumdem annum. Aut igitur spuria est, aut prave exscripta inscriptio allata ex Grutero.

An. Urb.					
711	L. Munatius . L. F. L. N	Plancus	A. Postumius . A. F. . . N. AlbInus . Brutus . in . præsentem Annum . designatus . erat . damn. non . iniit . in ejus . l. f. e		
			M. Aimilius . M. F. Q. N	Lepidus . II	
	Cens. L. Antonius . M. F. M. N		P. Sulpicius . P. F. . . N	QuirInus	
712	P. Servilius . P. F. C. N	Vatia . Isauricus . II	L. Antonius . M. F. M. N		
713	Cn. Domitius . M. F. M. N	CalvInus . II	C. Asinius . Cn. F	Pollio	
	Abdicavit . in ejus . locum . factus . est		Abdicavit . in . ejus . locum . factus . est		
	L. Cornelius . L. F	Balbus	P. CanIdius . P. F. . . N	Crassus	
714	L. Marcius . L. F. C. N	CensorInus	C. Calvisius . C. F. . . N	SabInus	
715	Ap. Claudius . C. F. Ap. N	Pulcher	C. Norbanus . C. F	Flaccus	
	M. AIMILIVS . M. F. Q. N	Lepidus . II			
	M. ANTONIVS . M. F. M. Nepos	II	III . VirI . R. P. C. in . alterum . quinquennium . creatI		Fragm. XVIII, part. II.
	IMP. CAESAR . DIVI . F. C. N	Octavian. II			
716	M. AGRIPPA . L. F		L. CanInius . L. F. . . N	Gallus	
			Abdicavit . in . ejus . locum . factus . est		
			T. StatIlius . T. F	Taurus	
717	L. Gellius . L. F. L. N	Poplicola	M. Coccejus . M. F. . . N	Nerva	
	AbD. IN . ejus . locum factus . est		Abd. in . ejus . locum . factus . est		
	L. Munatius . L. F. L. N	Plancus . II	P. Sulpicius . P. F. . . N	QuirInus	
718	L. Cornificius . L. F. . . Nepos		Sex. Pompejus . Sex. F. . . Nepos		
719	L. ScrIbonius . L. F. LIbo . Abd. in . e. l. f. e		M. Antonius . M. F. M. Nepos . II . Kal. Jan. abd. in . e. l. f. e		
	. . . .		L. Sempronius . L. F. L. N	AtratInus	
		Ex . Kal. Jul	Paullus . Aimilius . L. F. M. N	Lepidus	
			C. Memmius . . . F. . . Nepos		
		Ex . Kal. Nov	C. Herennius . . . F. . . Nepos		
720	Imp. Caesar . DIvI . F. C. N. Octavian. II . Abdicavit Kal. Jan. In . ejus . locum . factus . est		Sex. Pompejus . Cn. F. Cn. N. Magnus . Ante . quam . inIret occIs. est. in . ejus . locum . factus . est		
	L. Autronius . L. F. L. N	Paitus	L. Volcatius . L. F. Q. N	Tullus	
		Ex . Kal. MaIs	L. Flavius . . . F. . . N		
			C. Fontejus . . . F. . . N	Capito	
		Ex . Kal. Jul	M'. Acilius . . . F. . . N		
		Ex . Kal. Sept	L. Vinicius . . . F. . . Nepos		
		Ex . Kal. Oct	L. Laronius		
721	Cn. Domitius . Cn. F. Cn. N	Ahenobarbus	C. Sosius . C. F. T. Nepos		
		Ex . Kal. Jul	L. Cornelius . . . F. . . Nepos		
		Ex . Kal. Nov	N. Valerius . M. F. M. N	Messalla	

A. DCCXI. Ex Dione, Cassiodoro, Suetonio in Tiberio, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani, lapide Colotiano et duabus inscriptionibus apud Grut. pag. MCXV, 2, et pag. MXLII, 7. L. Munatium *Lucii filium*, Lucii nepotem prodit fragmentum LII Triumphorum anno DCCX, quo ex Gallia Proconsul triumphavit; præterea et *Lucii pronepotem* fuisse tradit altera inscriptio apud Grut. pag. CDXXXIX, 8. A. POSTVMIVS . A. F. ALBINVS . BRVTI . F. COS. DES., legitur in nummo argenteo apud Lauredanos, ex quo Sigonius hunc Consulem e Brutorum familia in Postumiorum adoptatum putat. Censores hoc anno fuisse, eosdemque quos referimus, nec tamen ab his Lustrum factum legitur in lapide Colotiano; ex quo licet Antonii prænomen exciderit, *Lucium* tamen Antonium eum fuisse qui insequente anno Consul erit, id arguit quod Marcus Antonius bellum contra Cassium hoc anno gessit in Macedonia; Cajus autem Antonius, qui anno DCXC Consul fuerat, jam occisus erat a Bruto. Tandem P. Sulpicium putavimus cum Sigonio patrem esse P. Sulpicii, Consulis anno DCCXLI.

A. DCCXII. Ex Cassiodoro, Dione, Suetonio, Fastis Siculis, lapide Colotiano, aliisque antiquis auctoribus. P. Servilius, qui Consul fuerat anno DCXXCIX, biennio ante hunc annum, Dione et Eusebio auctoribus, mortuus est. Potius igitur fuit Consul hoc anno P. Servilius, ejus filius qui Consul fuerat anno DCCIV. L. Antonium, alterum hoc anno Consulem, Marci filium, Marci nepotem dictum invenimus in fragmento LII Triumphorum ad hunc eumdem annum, quo ex Alpibus triumphavit. Huic cognomen *Pietas,* quod omittitur in eodem fragmento, proditur autem ab Anonymo Norisiano, inditum ideo fuisse tradit Dio quod una cum Fulvia, Marci fratris uxore, Rempublicam ita gereret, quasi pro Marco fratre laboraret.

A. DCCXIII. Ex Cassiodoro, Dione, Josepho Antiquitat. lib. 14, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani, lapide Colotiano, inscriptione apud Grut. pag. C, 8, et altera apud Muratorium pag. CCXCIII, 3. C. Asinius descriptus est ex fragmento LII Triumphorum ad annum DCCXIV, quo ex Parthinis Proconsul triumphavit. Suffecti dicuntur in lapide Colotiano L. Cornelius *Lucii filius* et P. Canidius *Publii filius,* quod ipsum de L. Cornelio relata Muratoriana inscriptio confirmat.

A. DCCXIV. Ita ex Cassiodoro, Dione, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. L. Marcium damus ex fragmento LII Triumphorum ad hunc annum, quo ex Macedonia triumphavit. Calvisium vero *Caji filium* diximus ex Dione.

A. DCCXV. Ex Cassiodoro, Dione, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. Ap. Claudium *Caji filium* vocavimus ex Dione. C. vero Norbanus descriptus est ex fragmento LII Triumphorum anno DCCXIX, quo ex Hispania Proconsul triumphavit.

A. DCCXVI. Ex fragmento XVIII Capitolino, part. II, quod vero attinet ad Triumviros, hos adjicimus ex conjectura quam nobis affert lapis Colotianus. Præterea ita ex Cassiodoro, Dione, Josepho Antiquit. lib. 15, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. L. Caninius *Lucii filius* dicitur a Dione. Suffectum Caninio L. Statilium Taurum, de quo nihil est in historia, Sigonio placuit adserere ex vacuo lapidis Capitolini spatio inter *Agrippam* et *L. Gellium;* ex eo præterea quod biennio post Statilius ex Africa Proconsul triumphasse legitur in fragmento LII Triumphorum, a quo ejusdem accepimus nomina. Sigonium sequuntur Pighius, Goltzius, Almelovenius, Muratorius et Stampa.

A. DCCXVII. Ex Cassiodoro, Dione, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani et fragmento XVIII Capitolino, part. II. L. Gellium M. Valerii Messallæ fratrem dicit Dio, quod vero a Valeriis fuerit adoptatus, Poplicola dictus est. *Eumdem abdicasse*, ait Sigonius, *et in ejus locum alterum factum esse eadem fragmenta docent* (hoc est fragmentum XVIII, part. II). *Is forte fuit L. Munatius L. F. L. N. Plancus, quem Plinius lib. 13, cap. 3, bis Consulem fuisse ait, neque quo anno fuerit reperias : cui conjecturæ fragmentum etiam Capitolinum assentitur, in quo est* L... L..., *id est L. F. L. N.* Conjecturæ huic et nos cum reliquis Fastorum concinnatoribus assentimur. Ceterum fallitur Sigonius, ubi ait præter L. Gellii Consulis, qui Magistratu se abdicaverat, vestigia alteram subsequi in fragmento Capitolino lineam, ex qua appareat geminata illa litera L. M. Coccejum *Marci filium* vocat Dio : huic suffectum P. Sulpicium diximus ex Sigonii, Panvinii et Pighii conjectura.

A. DCCXVIII. Ex Cassiodoro, Dione, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. L. Cornificius Lucii filius, Sex. Pompejus Sex. filius dicuntur a Dione.

A. DCCXIX. Ex Cassiodoro, Dione, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani et lapide Consulari apud Gruterum pag. MXXCVII, 2, ubi legitur : L. SEMPRONIVS . L. SCRIBONIVS . K. IVL. P. ÆMILIVS . C. MEMMIVS . K. NOV. C. HERENNIVS. L. Scribonium Lucii filium dicit Dio. L. Sempronius desumptus est ex fragmento LIII Triumphorum anno DCCXXXII, quo ex Africa Proconsul triumphavit IIII Idus Octobris vel VI Idus ejusdem, ut ex antiquo epigrammate in ædibus Barberinorum quod retulimus post seriem Triumphorum. Paullus Æmilius *L. F. M. N.* dicitur in Censura Capitolina, fragmento XXVII ad annum DCCXXXI. C. Memmium Caji filium dicit Goltzius ex suis incertæ fidei nummis. In Tabula Capuana Herennii prænomen est *Marcus.* Hujus tabulæ exempla, licet inter se tam varia, pluribusque mendis scatentia, quod videre est apud Jocundum, Smetium et Gruter. pag. CCXCIX, sequuntur Pighius et Muratorius; nos vero cum Sigonio *C. Herennium* inscripsimus, ex supra allata vetustissima Gruteriana inscriptione.

A. DCCXX. Ex Cassiodoro, Dione, Suetonio, Anonymo Norisiano et Tabula Capuana apud Sigonium et Muratorium. In exemplo apud Sigonium Consul Cæsari suffectus dicitur L. Antonius, apud Muratorium P. Autronius : quo altero exemplo nituntur Pighius et Stampa. Utrobique autem mendam esse arguit fragmentum LIII Triumphorum anno DCCXXIV, ubi legitur : L. AVTRONIVS . L. F. L. N. PAITVS. Quare immerito ait Stampa : *Male Sigonius addidit Autronio prænomen Lucii pro Publii;* nihil enim prave addidit præter cognomen *Crassus,* quod in relato fragmento legitur *Paitus.* L. Flavium et C. Fontejum Consules suffectos ex Kalendis Majis affert Muratorius, sed divinando, ut ait, ex eburnea quadam tessera gladiatoria, Romæ inventa in Cœmeterio Cyriacæ, quæ sic habet : L. FLAVIO . FIMCATI . SALVIVS . CALPVRNI . SP. XIII . K. AVG.; additque : *Illud* FIMCATI *monstrum puto,* exesis forsan characteribus prave transcriptum; quid si ibi scriptum C. FON. CAPIT ? nempe, *C. Fontejo Capitone.* Hunc Goltzius ex suis dubiæ fidei numismatibus *Caji filium* dicit. *L. Laronius* legitur in Tabula Capuana apud Muratorium; *Lenonius* autem est in eadem apud Sigonium.

A. DCCXXI. Ex Cassiodoro, Dione, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani et Tabula Capuana supra recensita. C. Sosius scriptus est in fragmento LII Triumphorum anno DCCXIX, quo ex Judæa Proconsul

An. Urb.					
722	*Imp. Caesar . DIvI . F. C. N*	*Octavian. III*	*M. Antonius . M. F. M. N. III . Ante . quam . inIret Hostis . jud. in . ejus . locum . factus . est*		
			M. Valerius . M. F. M. N	*Messalla . CorvInus*	
		Ex . Kal. MaIs	*M. Titius ... F... N*	*Rufus*	
		Ex . Kal. Oct	*Cn. Pompejus ... F... N*	*Rufus*	
	Eodem . Anno				
	Imp. Caesar . DIvI . F. C. N. Octavian. Ex . A. D. IIII . Non . Sept. Victo . ad . Actium . M. Antonio . III . Viro R. P. C. II . solus . Remp. tenuit				
723	*Imp. Caesar . DIvI . F. C. N*	*Octavian. IIII*	*M'. LicInius . M. F. M. N*	*Crassus*	
		Ex . Kal. JulIs	*C. Antistius ... F... N*	*Vetus*	
		Ex . Idib. Sept	*M. Tullius . M. F. M. N*	*Cicero*	
		Ex . Kal. Nov	*L. Senius ... F... N*	*SaevInus*	
724	*Imp. Caesar . DIvI . F. C. N*	*Octavian. V*	*Sex. Appulejus . Sex. F. Sex. Nepos*		
		Ex . Kal. JulIs	*PotItus . Valerius . M. F. M. N*	*Messalla*	
	Cens. Imp. Caesar . DIvI . F. Q. N	*Octavian*	*M. Agrippa . L. F. Lustrum . Fecer. LXX*		
725	*Imp. Caesar . DIvI. F. C. N*	*Octavian. VI*	*M. Agrippa . L. F*	*II*	
726	*Imp. Caesar . DIvI . F. C. N*	*Octavian. VII*	*M. Agrippa . L. F*	*III*	
	QuI . in . hoc . honore . Augustus . appellatus . est				
727	*Imp. Caesar . DIvI . F. C. N*	*Augustus VIII*	T. STATILius *. T. F... N*	*Taurus . II*	Fragm.
728	*Imp.* CAESAR . DIvI *. F. C. N*	*Augu*STVS . VIIII	M. IVN*ius . D. F. M. N*	SILANV*s*	xxv, xxvi
729	*Imp.* CAESAR . DIVI . F. C. N	*Aug*VSTVS . X	C. *Norbanus . C. F. C. N*	FLACCVS	et xxvii.
730	*Imp.* CAESAR . DIVI . F. C. N	AVGVSTVS . XI	A. *Terentius ... F... N*	*Var*RO . MVREN*a*	
	ABD. IN . EIVS . LOC. FACT*us* . EST		*In . mag. mortuus* . EST . IN . E. L. F. E		
	L. Sestius . P. F. VIBI *. Nepos*		*Cn. Calpurn*IVS . CN. F. CN. N	PIS*o*	
	*Imp. Caesar . DIvI . F. C. N. Augustus . postea . quam . Consu*LATV . SE . ABDICAVIT . TR*Ib. Potestatem . accepit*				
731	*M. Claudius . M. F. M. N*	*Marcellus . AisernIn*	*L. Arru*NTIVS . L. F. L. N		
	*Imp. Caesar . DIvI . F. C. N. Augustus . TrIbu*NIC. POTESTAT				
	Cens. L. Munacius . L. F. L. N	*Plancus*	*Paullus . Ai*MILIVS . L. F. M. N. LEPID*us*		
732	*Imp. Caesar . DIvI . F. C. N. Augustus . TrIbunic. Potestat. II*				
	Imp. Caesar . DIvI . F. C. N. Augustus . XII . in . inseq Annum . desig. erat . non . iniit . in . ejus . l. f. e		*M. Lollius . M. F... N*	*Paedius . Verus*	
	Q. Aimilius . M'. F... N	*Lepidus*			

triumphavit; uterque autem, is nempe et Cneus Domitius, habetur ex Dione. *Miror*, ait Sigonius ad hunc annum, *Tergesti lapidem ejusmodi legi* : IMP. CAESAR. COS. DES. TERTIVM . III . VIR. R. P. C. ITERVM . MVRVM . TVRRESQVE . FECIT; *neque enim dici potest eum Triumviratum in tertium quinquennium prorogasse, quem Dio scribit per decem annos tantum administrasse.* Enim vero, cum Imp. Cæsar Consul designatus tertium fuerit hoc anno, quomodo hoc etiam anno Triumvir Reipublicæ constituendæ dici potuit, si quidem Magistratum hunc decem annos obtinuit? Hi autem anni incepere ex ante diem quintam Kalendas Decembres anno Urbis DCCX, adeo ut anno DCCXX ante diem quintam Kalendas Decembres Magistratu abierit. Verumtamen lapis Colotianus, ex quo initium hujus Triumviratus descripsimus, protrahit hunc in alind quinquennium, initio ex ante diem quintam Kalendas Decembres facto anni Urbis DCCX. Elapso hoc quinquennio, Imp. Cæsarem se iterum Triumvirum in alterum quinquennium renunciasse auctor est Dio; quare, etsi quinquennium hoc alterum uno et amplius mense, ut primum, augere non audeamus, tamen inter utrumque ob Comitiorum dilationem aliquod temporis spatium effluere oportuit, quod satis quidem est, ut anno DCCXXI, quo tempore Imp. Cæsar Consul tertium designatus erat, per aliquot dies aut menses Triumvir Reipublicæ constituendæ iterum esset.

A. DCCXXII. Ex Dione, Appiano, Suetonio, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani et lapide Capuano. Imp. Cæsarem hoc anno Consulem iterum facit Cassiodorus, quippe qui primum Consulatum non recensuit, quem idem Cæsar anno DCCX suffectus gesserat cum Q. Pedio. M. Valerius descriptus est in fragmento LIII Triumphorum anno DCCXXVI, quo ex Gallia Proconsul triumphavit. M. Titium *Marci filium* dicit Sigonius; unde tamen id acceperit tacet. Cn. Pompejus *Quincti filius, Quincti nepos* dicitur a Goltzio ex suis dubiæ fidei numismatibus.

A. DCCXXIII. Ex Dione, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani et lapide Capuano. Imp. Cæsarem hoc anno Consulem *tertium* tradit Cassiodorus, Consulem *sextum* Orosius. M'. Licinius descriptus est ex fragmento LIII Triumphorum ad annum DCCXXV, quo ex Thracia et Getis Proconsul triumphavit. *Manius* vero cognomen hujus Consulis fuisse legitur in eodem fragmento, non *Marcus*, quod produnt alii Fastorum conditores. C. Antistium *Caji filium* dicit Goltzius ex suis incertæ fidei nummis. M. Tullium, Consulem suffectum ex Idibus Septembribus, *Ciceronis Oratoris filium* vocant Plinius lib. 22, Dio, Plutarchus aliique. Antistio suffecto ex Kalendis Juliis *Veteris*, et Senio ex Kalendis Novembribus *Saevini* cognomina ex Vellejo et Tacito adjecta sunt.

A. DCCXXIV. Ex Dione, Suetonio, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani, lapide Capuano et Cassiodoro, qui tamen Imp. Cæsarem facit hoc anno Consulem *quartum*. Sex. Appulejus descriptus est ex fragmento LIII Triumphorum anno DCCXXVII, quo ex Hispania Proconsul triumphavit; cujus triumphi meminit etiam idem vetus epigramma in ædibus Barberinorum superius relatum ad annum DCCXIX; item ex vetere AEsernina inscriptione apud Muratorium pag. CCXCV, 3. Potitum Valerium putamus cum Sigonio patrem esse L. Valerii, Potiti filii, Consulis anno DCCLVII. Ad hunc annum referenda est inscriptio inventa in foro Romano ad tres Columnas, apud Gruter. pag. CCXXVI, 5 :

SENATVS . POPVLVSQVE . ROMANVS
IMP. CAESARI . DIVI . IVLI . F. COS. QVINCT
COS. DESIG. SEX. IMP. SEPT
REPVBLICA . CONSERVATA

Censores hoc anno fuisse eosque Imp. Cæsarem et M. Agrippam qui Lustrum fecerunt LXX scribunt Dio et Eusebius, quamquam Lustrum hoc Tabula Capuana in insequentem annum rejicit.

A. DCCXXV. Ex Dione, Orosio, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani, Tabula Capuana et Cassiodoro.

A. DCCXXVI. Ex Dione, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani et Cassiodoro. Ad hunc annum spectat inscriptio in pronao Panthei : M. AGRIPPA . L. F. COS. TERT. FECIT.

A. DCCXXVII. Ex Dione, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani, Cassiodoro et fragmentis XXV et XXVI Capitolinis.

A. DCCXXVIII. Ex fragmentis XXV, XXVI et XXVII Capitolinis, Dione, Suetonio, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani et Cassiodoro. M. Junium iidem auctores Decimi Junii filium vocant, ejus qui Consul fuit anno DCXCI.

A. DCCXXIX. Ex fragmentis XXV, XXVI et XXVII Capitolinis, Dione, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani et Cassiodoro. C. Norbanum putamus cum Sigonio filium esse C. Norbani, Consulis anno DCCXV.

A. DCCXXX. Ex fragmentis XXV, XXVI et XXVII Capitolinis, Dione, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani et Cassiodoro. L. Sestius Augusto suffectus *Publii filius* dicitur in altero fragmento citati lapidis Colotiani apud Sigonium ad hunc annum. Hoc anno Tribuniciæ Potestatis Augusti Cæsaris mentio fieri cœpit in fragmentis Capitolinis, quam eidem a Senatu traditam in tertio et quarto ejus Consulatu auctor est Dio. Quod autem inter Capitolina fragmenta discrepat et Dionem ita videtur intelligendum, ut nempe Tribuniciam Potestatem Augustus in tertio et quarto Consulatu aut renuerit, aut susceptam tamen ob invidiam non retinuerit, quod una cum ea sibi concessum fuisset ab Senatu, ut iis qui nomen ejus implorassent tam intra quam extra pomœrium ad mille passus auxilio esse posset; hoc demum anno accepisse auctor est Suetonius, quam, tanquam primam, insequenti anno Augustus complevit, ut patet ex fragmento XXVI, et in posterum semper retinuit. Ejusdem fragmenti lineam, quæ extrema est anni hujus, sic interpretatur Sigonius : *Imp. Cæsar Divi F. C. N. Aug. postea quam Dictator appel*LATVS . E . ABDICAVIT . TR. *Potest. accepta.* In quam sententiam pedibus ivit inter alios eruditissimus Schlegelius. At præterquam quod nullum est in eodem fragmento Dictaturæ vestigium, undenam Sigonius didicit Augustum Dictatorem appellatum fuisse, quod sane nemo veterum docuit, nec ipsum innuere videtur fragmentum si diligentius inspiciatur? Non enim in eo legitur : ...LATVS . E . ABDICAVIT . TR ..., ita ut addere liceat, *Postea . quam . Dictator . appel*LATVS . E . ABDICAVIT . TR... *Potest. accepta;* sed LATV . SE . ABDICAVIT . TR., quod quidem *significare* nemo non videt, *Postea . quam . Consu*LATV . SE . ABDICAVIT . TR*ibuniciam . Potestatem . accepit.* Sic contra Sigonium iisdem fere verbis docet eruditiss. Mazzolenus Tom. III Mus. Pisan. Animadv. 1 in numism. maj. modul.

A. DCCXXXI. Ex Cassiodoro, Dione, Anonymo Norisiano, lapide Romæ in ædibus Barazzi a Muratorio ad hunc annum et insequentem relato pag. CCXCV, 2, inscriptione apud eumdem pag. CCXCVI, 3, fragmento lapidis Colotiani et fragmento XXVII Capitolino. M. CLAVDIVS . M. F. M. N. MARCELLVS legitur in fragmento XXXI Capitolino, seu monumento Ludorum Sæcularium Quinct., ut videre est in *schemate*. Censores hoc anno fuisse, eosdemque quos referimus constat ex Dione, Vellejo, Suetonio, Valerio lib. 6, cap. 8, necnon fragmentis Colotiano et Capitolino paullo ante relatis. L. Munatius idem est qui Consul fuit anno DCCXI. Sic monet inscriptio apud Sigonium ad annum DCCX, quæ incipit : L. MVNATIVS . L. F. L. N. L. PRON. PLANCVS . COS. CENS.

A. DCCXXXII. Augustum hoc anno Tribunicia fuisse Potestate II arguunt cum superius fragmentum XXVII Capitolinum, tum insequentia, nempe XXIX et XXXI, quibus assentiuntur auctores supra relati. De Consulibus constat ex Cassiodoro, Dione, Horatio lib. 1 Epist., Fastis Siculis, Anonymi Norisiani, et altero ex fragmentis lapidis Colotiani. Q. Æmilium *Marci filium* vocant recentes Fastorum concinnatores, quos inter Sigonius inscriptionem profert quæ Romæ legitur in Ponte Fabricio. At in hac Q. Æmilius non legitur *Marci filius*, ut ipse putat, sed *Manii*, ut ostendimus in nostro opere Antiquit. Rom. Tom. IV, Tab. XVII. M. Lollium *Marci filium* sine cognomine hactenus prodidere iidem Fastorum conditores; quem tamen duobus præditum cognominibus tradit inscriptio apud Gruter. pag. MXXXI, 4 : XIIII . KAL. NOVEMBRI . M. LOLLIO . PEDIO . VERO . ET . Q. IVNIO . LEPIDO . COS. De *Junio* nihil dicere ausim, nescius an menda sit quæ irrepserit pro Æmilio, ex librariorum incuria, an alterum Æmilii nomen sit.

An. Urb.					
733	*Imp. Caesar . DIvI . F. C. N. Augustus . TrIbunic. Potestat.* $\overline{III}$				
	M. Appulejus . Sex. F. Sex. Nepos		*P. SIlius . P. F. . . N*	*Nerva*	
734	*Imp. Caesar . DIvI . F. C. N. Augustus . TrIbunic. Potestat.* $\overline{IIII}$				
	Imp. Caesar . DIvI . F. C. N. Augustus . $\overline{XII}$ *. in . insequentem*		*C. Sentius . C. F. C. N*	*SaturnInus*	
	Ann. desig. erat . non . iniit . in . ejus . loc. f. e				
	Q. Lucretius . Q. F. . . Nepos	*Vespillo*			
		Ex . Kal. JulIs	*M. Vinicius . P. F. . . Nepos* *M. Agrippa . L. F.* $\overline{IIII}$		
735	*Imp. Caesar . DIvI . F. C. N. Augustus . TrIbunic. Potestat.* $\overline{V}$				
	M. Agrippa . L. F. TrIbunic. Potestatis				
	P. Cornelius . P. F. Cn. N	*Lentul. MarcellIn.*	*Cn. Cornelius . L. F. . . N*	*Lentulus*	
736	*Imp. Caesar . DIvI . F. C. N. Augustus . TrIbunic. Potestat.* $\overline{VI}$				
	M. Agrippa . L. F. TrIbunic. Potestat. $\overline{II}$				
	C. Furnius . C. F. . . Nepos		*C. Junius . C. F. . . N*	*SIlanus*	
737	*Imp. Caesar . DIvI . F. C. N. Augustus . TrIbunic. Potestat.* $\overline{VII}$				
	M. Agrippa . L. F. TrIbunic. Potestat. $\overline{III}$				
	L. Domitius . Cn. F. Cn. N	*Ahenobarbus*	*P. Cornelius . P. F. P. N*	*ScIpio*	
		Ex . Kal. JulIs	*L. Tarius . . . F. . . N*	*Rufus*	
738	*Imp. Caesar . DIvI . F. C. N. Augustus . TrIbunic. Potestat.* $\overline{VIII}$				
	M. Agrippa . L. F. TrIbunic. Potestat. $\overline{IIII}$				
	M. LIvius . L. F. . . N. Drusus . LIbo		*L. Calpurnius L. F. L. N*	*PIso . CaesonInus*	
739	*Imp. Caesar . DIvI . F. C. N. Augustus . TrIbunic. Potestat.* $\overline{VIIII}$				
	M. Agrippa . L. F. TrIbunic. Potestat. $\overline{V}$				
	M. LicInius M. F. M. N	*Crassus*	*Cn. Cornelius . Cn. F. . . N. Lentulus . QuI Postea . Getulicus . appellatus . est*		
740	*Imp. Caesar . DIvI . F. Augustus . Pontifex . Maximus . TrIbunic. Potestat.* $\overline{X}$				
	M. Agrippa . L. F. TrIbunic. Potestat. $\overline{VI}$				
	Ti. Claudius . Ti. F. Nero . QuI . postea Ti. Caes. Augustus . appellatus . est		*P. QuinctIlius . Sex. F. . . N*	*Varus*	
741	*Imp. Caesar . DIvI . F. Augustus . Pont. Max. TrIbunic. Potestat.* $\overline{XI}$				
	M. Agrippa . L. F. TrIbunic. Potestat. $\overline{VII}$ *. QuI . hoc . Anno . mortuus . est*				
	M. Valerius . M. F. M. N. Messall. Barbat. APPIAN. IN *Mag. mortuus . est . in .* E. L. F. E		*P. Sulpicius . P. F. P. N*	*QuirInus*	Fragm. XXVIII.
	C. Valgius . C. F. SaturnIn. RVF. ABDIC. IN . E. L. F. E				
	C. CanInius . C. F. C. N. REBIL. IN . MAG. M. E				
742	*Imp. Caesar . DIvI . F. Aug. Pont. Max. TrIbunic. Potest.* $\overline{XII}$				
	Q. Ailius . Q. F. . . N	*Tubero*	*Paullus . Fabius . Q. F. Q. N*	*Maximus*	

A. DCCXXXIII. Ad hunc annum pertinet inscriptio apud Muratorium pag. CCXX, 8, in qua legitur Augustus Tribuniciæ Potestatis $\overline{III}$, Consul $\overline{XI}$. Consulatum hunc Augustus gesserat anno DCCXXX. Ut autem is voluit numerum Consulatuum quos gesserat apponi sibi, etiam cum Consul revera non esset, in nummis et inscriptionibus, quod constat ex adlata epigraphe, in qua Consul $\overline{XI}$ dicitur anno DCCXXXIII, quo Consulatum non gerebat; ita usurpatum etiam est in annis Potestatis Tribuniciæ : quare Potestate Tribunicia $\overline{III}$ dicitur Augustus in eadem epigraphe, quod ter eam acceperat ad eam diem. Itaque factum est a reliquis Imperatoribus, ut eorum titulis Consulatuum et Potestatis Tribuniciæ numerus accenseretur. De Consulibus constat ex Dione, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani et citato fragmento lapidis Colotiani, ex quo M. Appulejum descripsimus. P. Silius *Publii filius* dicitur a Dione.

A. DCCXXXIV. De Consulibus sic ex Dione, Eusebio, Vellejo, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani, et fragmento lapidis Colotiani, in quo legimus *C. Sentium Saturninum*, *Q. Lu. . . .*, contra Cassiodorum, apud quem Lucretio est prænomen *Publius*. Uterque autem Consul descriptus est ex Dione, qui Lucretium *Vispalionem* cognominat. *Vispillonem* vero scribit Sigonius, *Vespellonem* Almelovenius, Vipsalionem Blanchinius, ceteri Vespillonem. C. Sentii nomina accepimus ex fragmento XXXI Capitolino, seu monumento Ludorum Sæcularium quinctum factis, ut videre est in *schemate*.

A. DCCXXXV. Tribuniciam Potestatem M. Agrippæ in quinquennium ab Imp. Cæsare Augusto traditam scribit Dio, ex quo etiam utrumque hujus anni Consulem descripsimus. Dioni, quod pertinet ad Consules, assentiuntur Cassiodorus, Fasti Siculi, Anonymi Norisiani et fragmentum lapidis Colotiani.

A. DCCXXXVI. De Tribunicia Augusti et Agrippæ Potestate satis dictum. De Consulibus vero constat ex Dione, ex quo descripti sunt; item ex Cassiodoro, Anonymo Norisiano et fragmento lapidis Colotiani. In hunc annum Ludos Sæculares quinctum incidisse descriptos in *schemate* fragmento XXXI narrant Dio, Censorinus et Tacitus. Contra Panvinius opinatur illa verba LVDI . SAECVLARES . QVINCT., quæ ibidem leguntur, referri ad L. Domitium et P. Cornelium, Consules insequentis anni.

A. DCCXXXVII. Ex Dione, ex quo utrumque Consulem accepimus; item ex Cassiodoro, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani et fragmento lapidis Colotiani, cujus ope et Plinii lib. 18 L. Tarius, Consul hoc anno suffectus, est cognitus.

A. DCCXXXVIII. Ex Dione, a quo hujus anni Consules descripsimus; præterea ex Cassiodoro, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani et lapide Colotiano. Ad hunc annum spectat inscriptio apud Muratorium pag. CCXX, 2, ex qua Cæsar Augustus legitur *Trib. Pot.* $\overline{VIII}$, *Cos.* $\overline{XI}$.

A. DCCXXXIX. Ex Dione, ex quo ambo descripti sunt Consules; præterea ex Cassiodoro, Fastis Siculis et fragmento lapidis Colotiani. Anonymus Norisianus, loco Cn. Cornelii Lentuli, alterius Consulis, prodit Augurem, sed perperam; hoc enim cognomen non Corneliis, sed Pisonibus tantum adjectum fuisse compertum est. Ad hunc annum pertinet inscriptio Romæ in Collegio PP. Societatis Jesu :

OPPIAE . C. L
THEANONIS
OSSA . HIC
SVNT . SITA . AD
VII . K. IVL
CN. LENT. M. CRAS. COS

quam Muratorius male retulit ad annum DCLVI.

A. DCCXL. Ex Dione, ex quo utriusque Consulis nomina accepimus; item ex Cassiodoro, Suetonio in Tiberio, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani, fragmento lapidis Colotiani et inscriptione Florentiæ in ædibus Strotiorum, apud Muratorium pag. CCXCVII, 1. Augustum hoc anno Pontificem Maximum creatum in locum demortui M. Lepidi tradunt Dio et Suetonius; quod postea munus una cum titulo apud Augustos permansit. Eodem anno Tribuniciam Potestatem M. Agrippæ in alterum quinquennium prorogatam narrat idem Dio.

A. DCCXLI. Ex Dione, ex quo Consules ordinarios descripsimus; præterea ex Cassiodoro, Fastis Siculis, Cuspiniani, Anonymi Norisiani, inscriptione Florentiæ apud Gallos, cujus exemplum legitur apud Muratorium pag. CCXCVII, 2, et fragmento lapidis Colotiani, ex quo suffectorum Consulum nomina accepimus, non sine ope fragmenti XXVIII Capitolini, quod Delphinius, dum fragmenta Consularia in Capitolio disponeret, seposuit inseruitque in novum lapidem extra ordinem, prout ostendimus in *schemate I*. In hoc fragmento, ubi ceteri Fastorum conditores legerunt AIMILIAN., nos esse vidimus APPIAN., quod est tertium M. Valerii cognomen. M. Agrippam hoc anno mortuum tradit Dio.

A. DCCXLII. Ex Dione, ex quo utrumque Consulem habemus; item ex Cassiodoro, Frontino De aquæduct., Plinio lib. 8, cap. 7, Fastis Siculis, Cuspiniani et Anonymi Norisiani.

An. Urb.				
743	*Imp. Caesar . DIvI . F. Aug. Pont. Max. TrIbunic. Potestat.* $\overline{XIII}$			
	Julius . Antonius . M. F. M. N	*Africanus*	*Q. Fabius . Q. F. Q. N*	*Maximus*
744	*Imp. Caesar . DIvI . F. Aug. Pont. Max. TrIbunic. Potestat.* $\overline{XIIII}$			
	Nero . Claudius . Ti. F. Drusus . Germanicus		*T. Quinctius . T. F. . . N*	*CrispInus*
	In . mag. mortuus . est			
745	*Imp. Caesar . DIvI . F. Aug. Pont. Max. TrIbunic. Potestat.* $\overline{XV}$			
	C. Marcius . L. F. L. N	*CensorInus*	*C. Asinius . C. F. Cn. N*	*Gallus*
746	*Imp. Caesar . DIvI . F. Aug. Pont. Max. TrIbunic. Potestat.* $\overline{XVI}$			
	Ti. Claudius . Ti. F. Ap. N	*Nero .* $\overline{II}$	*Cn. Calpurnius . Cn. F. Cn. N*	*PIso .* $\overline{II}$
747	*Imp. Caesar . DIvI . F. Aug. Pont. Max. TrIbunic. Potestat.* $\overline{XVII}$			
	Ti. Claudius . Ti. F. Ap. N. TrIbunic. Potestatis			
	C. Julius . Augusti . F. DIvI . N	*Caesar*		
	In . inseq. ann. desig. erat . non . iniit			
	D. Laelius . D. F. D. N	*Balbus*	*C. Antistius . C. F. . . N*	*Vetus*
		Ex . Kal. JulIs	*L. ManIlius . . . F. . . Nepos*	
			Q. Nonius . . . F. . . N	*Asprenas . Torquatus*
748	*Imp. Caesar . DIvI . F. Aug. Pont. Max. TrIbunic. Potestat.* $\overline{XVIII}$			
	Ti. Claudius . Ti. F. Ap. N. Nero . TrIbunic. Potest. $\overline{II}$			
	Imp. Caesar . DIvI . F. Augustus	$\overline{XII}$	*L. Cornelius . P. F. P. N*	*Sulla*
	Abd. in . ejus . locum . factus . est			
	. . . .			
749	*Imp. Caesar . DIvI . F. Aug. Pont. Max. TrIbunic. Potestat.* $\overline{XVIIII}$			
	Ti. Claudius . Ti. F. Ap. N. Nero . TrIbunic. Potestat. $\overline{III}$			
	C. Calvisius . C. F. C. N	*SabInus*	*L. Passienus . . . F. . . N*	*RufInus*
750	*Imp. Caesar . DIvI . F. Aug. Pont. Max. TrIbunic. Potestat.* $\overline{XX}$			
	Ti. Claudius . Ti. F. Ap. N. Nero . TrIbunic. Potestat. $\overline{IIII}$			
	C. Julius . AugustI . F. DIvI . N	*Caesar*		
	In . inseq. Ann. desig. erat . non . iniit			
	L. Cornelius . L. F. . . N	*Lentulus*	*M. Valerius . M. F. M. N*	*MessallInus . Cotta*
751	*Imp. Caesar . DIvI . F. Aug. Pont. Max. TrIbunic. Potestat.* $\overline{XXI}$			
	Ti. Claudius . Ti. F. Ap. N. Nero . TrIbunic. Potestat. $\overline{V}$			

A. DCCXLIII. Ex Dione, ex quo descriptus est Paullus Fabius; præterea ex Cassiodoro, Fastis Siculis, Cuspiniani, Anonymi Norisiani, et Suetonio in Claudio, cujus impressi libri mendose habent Julium Antonium et Fabium *Africanum;* quod cognomen ad Antonium pertinere affirmant scriptores ante recensiti. Jul. Antonium M. Antonii Triumviri filium dicit idem Suetonius in libro De grammaticis.

A. DCCXLIV. Ex Dione, ex quo amborum Consulum nomenclatura liquet; Cassiodoro, quamquam mendose *L. Quinctium* prodit pro *T. Quinctio;* Fastis Siculis, Anonymi Norisiani, Eutropio, et subjecta inscriptione Romæ e Fori ruderibus eruta ad ædem Saturni (Gruter. pag. LXI, 1):

IMP. CAESAR . DIVI . F. AVGVSTVS
PONTIFEX . MAXIMVS
IMP. $\overline{XIII}$. COS. $\overline{XI}$. TRIB. POTEST. $\overline{XV}$
EX . STIPE . QVAM . POPVLVS . ROMANVS
ANNO . NOVO . APSENTI . CONTVLIT
NERONE . CLAVDIO . DRVSO
T. QVINCTIO . CRISPINO
COS.
VOLCANO

Hæc epigraphe posita est anno jam devexo cum Augustus Tribuniciam Potestatem $\overline{XV}$ fuisset ingressus; quod ex iis colligitur quæ animadvertimus ad annum DCCXXX. Priore vero parte anni scripta altera est in basi obelisci gnomonici, anno Christi MDCCXLIIX in Campo Martio eruti; in hac enim Augustus dicitur TRIB. POT. $\overline{XIV}$. COS. $\overline{XI}$, ut videre est in Tom. I Antiquit. Romanar. indic. gen. vestig. Rom. vet. num. 73.

A. DCCXLV. Ex Cassiodoro, Dione, Censorino De die natali, Plinio lib. 33, cap. 10, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani, et pluribus inscriptionibus eodem fere exemplo Romæ exstantibus, quarum tres Muratorius retulit pag. CCXCVII, 3, 4, 5; altera visitur in ædibus Capponiorum, quam ipsi exscripsimus, et in fronte libri apposuimus a nobis editi *De Romanorum Magnificentia et Architectura*, necnon ex inscriptione apud Gruterum pag. CDXXXV, 6.

A. DCCXLVI. Ex Dione, item ex Dionysio lib. 1, Cassiodoro, Suetonio in Tiberio, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani.

A. DCCXLVII. Tribuniciam Potestatem, his Consulibus, Tiberio in quinquennium traditam ab Augusto referunt Dio, Suetonius et Vellejus. De Consulibus ordinariis constat ex Dione, Vellejo, Cassiodoro, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani, inscriptione Romæ exstante, apud Gruterum pag. CXCII, 9, et alia apud Muratorium pag. CCXCVII, 6. De suffectis vero constat ex duabus inscriptionibus a Panvinio ad hunc annum relatis, et alia apud Gruterum pag. CXXCVII, in qua Augustus dicitur Trib. Pot. $\overline{XVII}$. Ordinarios autem Consules retulimus cum ex Dione, tum ex fragmento XXXI Capitolino, seu monumento Ludorum Sæcularium Quinctum, ubi inter Mag. XVvir legitur : D. LAELIVS . D. F. D. N. BALBVS. Suffectis Consulibus agnomina tribuit Goltzius ex suis incertæ fidei nummis, *Cajum* nempe patrem L. Manilio, et *Quinctum* Q. Nonio.

A DCCXLIIX. Ex Cassiodoro, Plinio lib. 7, Dione, Suetonio, Fastis Siculis, Anonymi Norisiani, et inscriptione apud Muratorium pag. CCXCVIII, 1. Ad hunc annum spectat alia apud Gruterum inscriptio pag. CXLIX :

IMP. CAES. DIVI . F. AVG. PON. MAX
COS. $\overline{XII}$. TRIBVNIC. POTEST. $\overline{XVIII}$. IMP. $\overline{VIII}$
ORBE . MARI . ET . TERRA . PACATO
TEMPLO . IANI . CLVSO . etc.

quod clausum priore anno putant Norisius et Stampa, negante XII Augusti Consulatu, quem præfert hæc inscriptio. Eodem anno natum D. N. JESUM CHRISTUM referunt recentiores celebrioresque Chronologi.

A. DCCXLIX. Ex Cassiodoro, Fastis Siculis et Anonymi Norisiani. C. Calvisium *Caji filium* putamus cum Sigonio, ejus nempe qui Consul fuit anno DCCXIV. Ad hunc annum pertinet inscriptio Romæ supra Portam Esquilinam, sive in arcubus ductuum aquarum Marciæ, Tepulæ, Juliæ :

IMP. CAESAR . DIVI . IVLI . F. AVGVSTVS
PONTIFEX . MAXIMVS . COS $\overline{XII}$
TRIBVNIC. POTESTAT. $\overline{XIX}$. IMP. $\overline{XIIII}$
RIVOS . AQVARVM . OMNIVM . REFECIT

Muratorius pag. CDXLI, 6, ubi hanc ipsam inscriptionem retulit, linea ultima, loco RIVOS, habet CENS., hoc est, *Imperator* $\overline{XIIII}$ *Censum aquarum omnium refecit*, ut ipse interpretatur. Ut autem suam lectionem vindicet ait : *Cl. Vir. Jo. Polenus Marchio in fronte Frontini De aquæduct. a se illustrati hanc eamdem inscriptionem protulit, atque in ea, pro* CENS, *legit* RIVOS. *Attamen antiquiore, eoque probato auctore nititur lectio mea. Ad hæc eximium opus fuisset rivos omnium aquarum Romæ fluentium reficere. Suetonius tamen et Frontinus tanti operis nullam habet mentionem.* Deceptus tamen est Muratorius; non enim si Suetonius aut Frontinus tanti operis nullam faciunt mentionem, idcirco cogent hi aliter epigraphen legere, ac unusquisque eam Romæ suis oculis intuetur. Deceptus præterea est quod putet supra portam Salariam hanc epigraphen esse, cum eadem sit semperque fuerit supra portam Esquilinam, ut diximus. Quodnam vero tantum Augusto opus fuit Marciæ, Tepulæ Juliæque rivos qui per arcus ejus Portæ transeunt reficere? *Ex nummo antiquo,* ait Goltzius in suis Animadversionibus ad hunc annum, *L. Passienum Crispinum scripsi, non Crispum, ut alii hactenus; addidique ex eodem Quincti filium fuisse.* Verum, præterquam quod dubia est eorum nummorum fides, undenam constat Passienum qui nummo huic inscribitur eum esse qui hoc anno Consul fuit? Nos ex Fastis Siculis et Anonymi Norisiani Sigonium sequimur, quem, neglecto Goltzii nummo, alii sequuti sunt Fastorum concinnatores.

A. DCCL. De Cajo Cæsare Consule designato ita ex Suetonio et Zonara. De hujus vero anni Consulibus constat ex Dione, ex quo utrumque descripsimus, Cassiodoro, Vellejo, Plinio lib. 10, cap. 22, Anonymo Norisiano, et inscriptione apud Muratorium pag. CCXCVIII, 1. Ad hunc annum referendæ etiam sunt aliæ tres inscriptiones apud eumdem pag. CCXX, 10, 11, et pag. CDXLII, 2, in quibus Augustus dicitur *Trib. Pot.* $\overline{XX}$, *Cos.* XII. Hujus et insequentis anni Consules omittuntur in Fastis Siculis.

